

MECA
9
LANA

~~100-2~~

~~92-9749~~

16579

✓

70

6-2-9=29

DE LIBRO APOCHRYPHO LIBELLVS

CVM CATALOGO, ET INDICE AVTHORVM,
& Librorum Apochryphorum, & eorundem expositioni-
bus: Tum ex Gelasij decretis dist. xv. Cap. Sancta Ro-
mana Ecclesia, tum quoque ex ijs, quæ in Diui-
nis scripturis inspiciuntur; & quæ ad extra
leguntur: ex vetustissimis Sanctæ Eccle-
siæ Patribus excerpta: ac ex Ec-
clesiasticis scriptoribus, etiam
Neotericis animad-
uerfa.

AVTHORE

FR. PAVLO MINERVA BARENSE

Ordinis Prædicatorum S. Theologiæ Magistro

IVSSV EMINENTISS. ET REVERENDISS. D.

D. CARD. FRANCISCI

BONCOMPAGNI,

Archiepiscopi Neapolitani.

EDITVS.



*Deel Arc,
Coleg. ecclesiastica, y*

*Antarden
Doctoral de legones*

NEAPOLI, Typis Francisci Sauij Typogr. Cur. Arch. 1640.

PAVLVS APOSTOLVS

Primæ ad Thessalonicenses, Cap. V.

Omnia probate ; quod bonum est ; tenete .

D. HIERONYMVS,

Ad Lætiam de institutione filiz .

**Caveat omnia apochrypha . Et si quando ea
non ad dogmatum veritatem, sed ad signo-
rum reuerentiam legere voluerit: sciat non
eorum esse , quorum titulis prænotantur .**

D. FRANCISCO BONCOMPAGNO

S. R. E. Eminentiss. atque Reuerendiss.
Cardinali, Parthenope Vigilantif-
simo Pastori.

FR. PAVLVS MINERVA BARENSIS

*S. Theol. Minimus Magister Ordinis Predicato-
rum sempiternam felicitatem.*



Nno Superiori M. D. C. XXXV. de mense
Octobris, cum apud Pausilypum de cuius deli-
cijijs dicere possumus illud, de quo poeta dicere
licuit.

O Melibæ Deus nobis hæc otia fecit.

Quod quidem plerisq; viris illustribus occasio-
nem dedit, vt illud varijs extollerent laudibus. Sanazarius no-
ster in epigrammatibus Pausilypum laudat in collibus, & can-
dida mergellina, in mirthetis litoribus conditis. Marcus Anto-
nius Flamminius in Hendecasyllabis vocat Pausilypum dulce,
suo Philippo, qua dulcissima musa molli in umbra dictat ca-
stalia suum leporem. Andreas Naugerius primo lib. carminum
illud commendat in fertilitate multarum vuarum, qua nun-
quam domini fallere vota solet. Angelus Politianus in Epi-
grammatibus considerat loci faciem, mira factura: ubi, & al-
te populi umbram iaciunt, virides comas explicantes. Antonius
denique Burdegallensis, Pausilypum laudat in umbriferis vi-
tibus, & formosis ciparissis, in antris quoque roscidis pumicibus.
Non desunt, & alij non ignobiles authores, qui Summis Enco-
mijis

ingis Pausilyppum ceteris locis præferunt. Qua propter si in nobilium auctorum albo aliquem nobis concesserint locum, libere dicemus: Pausilyppum dici à pausando, ut ibi quis transiens sistat, quiescat, videat, & gustet: & dicamus. Hic sistite viator, sistite viator iter. Et vere Pausilyppo nihil feracius, nihil iucundius; aeris amenitate maxime præstat; infirmis salubre redditur, sanitatis est tutor, curarum quies, meroris expulso, Gaudij excitator, vitæ prorogator; ad contemplationem aptissimum, ad studia litterarum proportionatissimum, omnium denique bonorum, quæ ad oblectationem pertinent, causa, & ratio: unde non inconsulto, & propè marinas aquas multa illustria conspiciuntur ædificia, & supra montis verticem, & eollium appendices pleræque habitationes hinc, inde respersæ non contemnendæ. Sed, & aliqua religiosorum monasteria ibidem erecta, visuntur, quæ tum ad corporis, tum quoque ad animæ salutem maximè conducunt; inter quæ, & Religiosissimum Sanctæ Brigitæ Cenobium nostri Predicatorum ordinis inspicitur. In eo quidem cum una simul essemus (Eminentissime Card.) ipse ad reparandam tuendam, conservandamq; valetudinem suam, ipse ut superiorum meorum obedientia erga eum officiosissimum me redderem; factum est: ut inter colloquendum, cum à me efflagitasset, quæ operâ præter edita non dum sint typis excussa. Cum ad singula sigillatim respondiissem, & opus de libro Apochrypho in tres libros distinctum citassem; mox subiunxit, hic edendus est quantocius, multum enim Ecclesiæ Catholice intererit cum magna tui nominis laude: nam, quæ sparsæ erant, simul collegisti: & quæ dispersa: in unum adunasti non paruo labore. Sanè catholicus facile comprehendere poterit, qui nam sint libri Apochryphi, qui à canonicis seiunguntur, & ab hereticorum scriptis discriminantur; quinimo (quod plus officit) plerique sunt (ut dicis) qui inter hereticos rejci deberent, & connumerari. Tam suis mandatis obtemperavi, obediui, parui, quod mihi quidem iucundissimum fuit, atque gratissimum. Quid enim iucundius, atq; gratius mihi contingere potuit, quam

ab Eminentissimo Cardinali omni virtutum genere cumulatis-
simo, munus iniungi grauissimum, & amplitudine summum?
Ab illis itaque tribus commemoratis libris succum extraxi, &
libellum confeci. Tibi debetur, sub nomine tuo prodeat, autho-
ritate sua fulciatur, & perseueret. Manifestus enim erit ortho-
doxa Ecclesie zelus suus, quemadmodum, & notissimum est
Neapolitanę Ecclesia florentissimum regimen suum, tot tan-
tisque virtutibus corruscum; Sanctimonia, pietate, vigilantia,
dexteritate, munificentia Religione, sollicitudine, de qua veri-
ficatur illud Apostoli secunda ad Corinthio cap. II. Instantia
mea quotidiana sollicitudo omnium Ecclesiarum. Porro illud
maxima consideratione dignum censeo, quod erumpentibus à
vesuuiio flammarum globis: lapidibus itidem magnis, per aera
volitantibus, aquarum copia ingenti defluente, puluere tan-
dem cuncta dispergente, ut vix creata conspicerentur, qua cum
adiacentes villas, terras: territoria destruerent, etiam ad Nea-
politana sedem pertinentia: confugientes Parochos benignè,
& cum magna pietate receptos multis diebus fouisti. Omitto
clandestinas elemosinas, quibus pauperes continuo reficere,
non desinis: ut illa Pauli Apostoli de charitate Elogia in diuer-
sis suarum Epistolarum locis conscripta, in te verificentur. Ve-
rum laudes eius enunciabit Ecclesia Sed quid, quod inter tot gu-
bernationis discrimina circa curam animarum quam habes,
scientiarum studia, non intermittis, sed indefesse, diu noctuque
illis vacas? Quo fit, non vnica dumtaxat scientie facultate
te præditum esse, sed multiplici: Poesi nimirum, musica, pul-
chris literis, varia historia, cosmagraphya, omni phylosophia,
rerum mathematicarum peritia, Theologia, in sacris litteris
eruditione maxima: in summa multis vndiq; virtutibus splen-
des. Porro autem quid dicemus de obsoletis, & peregrinis lin-
guis, hebraica præsertim, & Græca, quibus optime calles? Me-
mini dum ibi essemus oblato à me E. V. libro sententiarum,
pareneticarum Nili Episcopi, & martyris, quæ, etiam è græco
in latinum conuersæ scholijs, & paruis commentarijs illustratæ
sunt

sunt; & gratanter accepto: volens se ipsum experiri, si gratiam
 intelligeret: imposita manu super latinam, & legens gracam,
 ore tenus illam explicauit, & ablata manu à latina, repertum
 est, latinam conuersionē ad herere græco ad unguem, ut ipse di-
 lucidasti. Ceterum in hisce, & similibus non est amplius immo-
 randum, quis enim enumerare valeat tot tantasque virtutes
 tuas? tempus quidem non sufficeret, sed historiam contexere
 oporteret, Reliquum est, innumeras E. V. gratias agere, referre,
 & habere, pro tot, tantisque beneficijs, & fauoribus, quos ordini
 nostro, vnde quaque tibi ob sequentissimo, in dies impendere
 non desinis, sed habes in eo affectuosos oratores, qui quotidie
 clamant ad dominum, ut te diu incolumem seruet ad Ecclesiæ
 Sanctæ utilitatem, & ego incredibilium virtutum tuarum
 amore incensus; E. V. me totum dedico, do, & addico quemad-
 modum alias me dedicaui, dedi, & addixi. Interea vale pra-
 sul amplissimè, & me, ut soles, ama; iterum atque iterum vale.



A V C T O R

LECTORI CANDIDO, SALVTEM.



Ricesimus ferme iam agitur annus (Candide Lector)
quum inter alias lucubrationes, quas, Deo ter Maxi-
mo nobis opitulante, pro publica vtilitate, emisimus:
vna ea fuit, liber nimirum cuius inscriptio extitit. De
libro Apochrypho, libri tres. Quorum primus versa-
batur in omnibus hisce rebus, quæ nomine libri nominari pos-
sent: causam reddentes, cur sic nominarentur. Quare primum ca-
put erat de libro. Secundum de libello. Tertium de varia libelli
acceptatione etiam iuxta iuristas. Quartum de libellulo. Deinde
da Codice, item de Codice secundum iuristas. De volumine, de
Tomis, de Commentis. De commentarijs. De Commentato-
ris officio. De Commentariolis. De tractatu. De opere, & ope-
ra. De opusculo. De tribus opusculorum generibus: nempe
Scholiorum, Homiliarum, & Thomorum. De Apologia. De
Dialogo. De Sermonem. De Paraphasi. De Paraphraste. De
Glossa. De Postilla, & cæteris huiusmodi penè innumeris in pri-
mo libro. At verò in secundo agimus de ratione libri apochry-
phi multis discussa capitibus. Porro autem in tertio indicem
cunstruximus librorum omnium Apochryphorum: cum eorun-
dem causis, & expositionibus. Verumtamen ex duobus dumta-
xat libris, secundo nimirum, & tertio quintam essentiam expressi-
mus: ex quibus libellum confecimus: scilicet de libro Apochry-
pho libellus. In quo primum de ratione, & quidditate libri Apo-
chryphi scripsimus: quod quidem sex capitibus absolutum cer-
nes; Deinde vno de libris Agiographis; altero De libris Canonicis:
v3. librorum Canonicorum dignitas, & eminentia omnia quidem nu-
mero octo. Deinde sequuntur alia quatuor capita. Nonum, quod de
Sacrorum voluminum vtriusque testamenti Authoribus, Scripto-
ribus, ordine serie, distinctione, numero tractat. Decimum de
veteris testamenti Authoribus, & Scriptoribus: vndecimum de
Sacrorum voluminum noui testamenti Authoribus, & Scriptori-
bus, & de eminentia super alios, & dignitate. XII. quod est postre-
mum, de præstantia vtriusque testamenti, quod illorum videtur
esse præstantius. Cæterum pro omnium dilucidatione illud in
primis adnotatione dignum censemus, primo Gelasij Codices,
præsertim caput Sanctæ Romanæ Ecclesiæ circa librorum de-
lectum tam apochryphorum, quam aliorum, mendosos esse: ita
vt certo statui non possit, quæ sit vera pura, & germana Gelasij le-
ctio:

Etio: tanta est discrepantia collectionum ab originali; vt mirum non sit, si in ipsomet capite aliqua conspiciuntur; quæ difficultatem ingerant. Sit pro exemplo illud de Sancta Maria; Isidorus collegit, & de Maria, & de obstetrice. Bucharus, & de Maria, vel obstetrice. Iuo, de Sancta Maria, vel de obstetrice Saluatoris. Vides certè disparitatem; & de consimilibus plura inuenies. Verum quod maxime officit, illud est, quod Gelasius inquit de opere Vincentij dicens. item Vincentij laboriosum opus non spernimus: sed miramur. Mendosus est codex: & debet dici; item Iuenci, & non Vincentij, laboriosum opus non spernimus: sed miramur. Itaque auxilio Codicum emendatum est: Et testibus Burchardo Vuormatiensi Episcopo (floruit certè Burchardus tempore Othonis Tertij, & Henrici Secundi Bauari Imperatorum) Insuper, & Iuone, Panormitano, & Gratiano, qui aiunt; auxilio Codicum esse aliqua emendata; quæ emendari poterant. Porro autem Iuencus fuit præbiter, & poeta Christianus, nobilissimus Hispanus qui sub Constantino Principe floruit. Hic quatuor euangelia Hexametris versibus penè ad verbum transferens; quatuor libros composuit; vt pro exemplo, est illud de tribus magis.

*Tribus, aurum, Myrram, regique homini que Deoque.
Dona fuerunt.*

Et nonnulla eodem metro ad Sacramentorum ordinem pertinentia. Videndus est D. Hieronymus in Commentario suo super 21. Matthei, Tandem circa correctionem aliorum locorum partim iudicata varietates, partim quoniam omnes iudicare infinitum fuisset; lectori accurato hic labor relinquatur adeundi libros. Verum Candide lector de reliquis boni Consule.



I
FR. PAVLI MINERVAE

B A R E N S I S

ORDINIS PRAEDICATORVM

SACRAE THEOLOGIAE MAGISTRI

De Libro Apochrypho Libellus.

Quid sit Liber Apochryphus.

C A P. I.



DE libro Apochrypho breuiter scripturus, in primis, & ante omnia inquirendum nobis est: Quid sit liber Apochryphus.

Secundo, qui sint, Tertio explicabuntur, & aducentur causæ, & authorum, & librorum.

Circa quid sit, cum duplex sit quid, quid nominis, & quid rei, à nominis quidditate incipiendum est, deinde explicabitur quid rei.

Quo ad nominis quidditatem recurrentum est ad illius ethymologiam, omnes enim in hoc fermè conueniunt: Apochryphum dici ab $\alpha\pi\omicron$ præpositione, seu de, quæ rē exagerat, & $\kappa\rho\upsilon\pi\tau\omega$, seu $\kappa\rho\upsilon\phi\omega$ latinæ, absconditus, abditus, secretus. Alij inquiūt Aphochryphū, ab $\alpha\pi\omicron\varsigma$, quod

A

est

est longe, & crisis, quod est iudicium, quasi longe à iudicio, vel de quo non potest certum haberi iudicium.

Ioannes Ianuensis Ordinis Prædicatorum in suo Catholicon scribit, Apochryphum scribendum esse absque ypsilon græco, & sine p. h. sed cum, i. & f. latine, & declinatio erit adiectiua; Apocrifus, Apocrifas, apocrifum.

Et confirmat aliorum opinione; quia Apocrifum dicitur à crisis, quod est secretum, & ab Apo, quod est de, componi apocrifus, apocrifas, apocrifum, penultima corepta, & explicat apocrifum, idest occultum, & secretum: Quasi de secretis, idest de numero secretorum. Cæterum aut scribatur apochryphum cum ypsilon, & ph. aut cum, i. & f. nihil officit ad variandum nominis intelligentiam, solummodo si scribatur, cum ph. & ypsilon penultima producitur, si vero cum .i. vocali, & f. litera: corripitur. Sic Mattheus Vindocinensis explicat Apochryphum, ab Apo quod est valde, & criphon, quod est obscurum, quasi valde obscurum; vnde dicantur Virgines apochryphæ, quod est valde obscuræ: quia earum lampades extinctæ sunt.

Conueniunt insuper, & Canonistæ in nominis ethymologia, quod scilicet dicuntur Apochrypha grece; latine secreta: & quia in cameris solent Virgines absconditæ morari, secundum Ioannem fan; inde est, quod in hebræo Virgo alma dicitur, in græco Apochrypha: latine: secreta. Alij exponunt alium pro Sancto, pulchro, tranquillo, & sereno. Ioannes Ludouicus Viues in suis commentarijs, apochryphum pro condito, seu recondito, interpretatur ἀποκρυφον, ἀρρηκτόν, quod est condo, siue recondo. Sed quid morandum est in re tam manifesta, cum quilibet; qui de huiusmodi re pertractat, sic explicat Apochryphum: nempe secretum, absconditum, occultum, arcanum &c. videndi sunt, Thesaurus linguæ latinæ, Theodosius Trebellius Foroiulienensis in suo latinæ linguæ promptuario, Ioannes Ianuensis in suo Catholicon,

Calepinus Ambrosius, Papias vocabulista, additiones ad decretum Gratiani dist. XV. super illa Gelasij verba, de scripturis canonicis, & Apochryphis; sicuti cuiusdā quiricis, & Iulitæ. Ioānes Tortellius Aretinus de orthographia, Ioānes Ludouicus Viues, in suis commentarijs, & centum huiusmodi sic explicantes, possunt adduci.

Porro autem aduertendum est, quod dictio illa Apos, quæ concurrit ad ethymologiam Apochryphi: à Gratiani Glossa aliter exponitur; quandoquidem explicando, apochrifarium, inquit. Apochryfarium dici ab, Apos, quod est nuncius, & crisis, quod est aurum: quasi de aurati nuncij, quamuis tales hodie non sint, Domini Papæ: sed aplum barij. Vide huiusmodi omnia in quæst. 7. causa prima super illud, Ioanne, & Thoma apochryfarij Apostolicarum sedium orientalium. At verò quanā, ratione à glosa Gratiani ethymologatur, Apos, nuncius, cum greci nuntius ἀγγελος dicatur, & quod nuntiatur ἀγγελια? verum arbitramur, Gratianum ab Apostoli ethymologia accepisse nuntium; nam Apostolus missus dicitur, seu nuntius; licet dicatur primo missus, quia dicitur ab ἀποσῆλλω, idest mitto. veruntamen Ioannes Tortellius Aretinus de orthographia aliter exponit, nimirum apocrifarius à nostris dicitur responsalis: quia proficiscitur ab ἀποκρίνομε, quod est respondeo, & ἀποκρίσις, responsum.

Porro autem hæc, & similia gramaticis relinquamus: satis est, quod ex apochryphi ethymologia illius quid nominis apochryphum nihil aliud exprimit, nisi secretum, absconditum, occultum, abditum, reconditum, obscurum distans &c.

DE LIBRO

Quid Rei Apochryphi.

CAP. II.

EX quid nominis apochryphi ethymologia habetur, manifestè, quid rei, si namque apochryphum sonat secretum, absconditum occultum, abditum, reconditum, obscurum, distans, remotū &c. ergo liber apochryphus, erit liber secretus, non reuelatus: absconditus, non apertus: occultus non manifestus, abditus non liber, reconditus, non patens: obscurus non lucens, distans, & remotum non prope ad ueritatem, & in summa libri apochryphi erunt illi, qui secreto, & non publice legebantur: absconditi, quod uolebantur in abscondito, non in aperto; occulte, quoniam illorum origo occulta erat in abdito, quod eorum authores ignorantur, dicuntur etiam reconditi, quia patribus minimè patentes: obscuri quoniam claritatis lumine priuantur, distantes, & à ueritate remoti, quippe qui si aliqua continerent uera: plura sunt falsa, & à fide aliena, unde tanquam nullam authoritatis eminentiam habentes; non eis licebat in templis uti: sicque, ut reprobati tractabantur.

Confirmantur præ recitata à uiris illustribus, Theodosio Trebellio in suo linguæ latinæ prōtuario, Ioanne Iauenssi in suo catholicon, Papia uocabulista: additione in decreto Gratiani, & ceteris alijs. Theodosius Trebellius scribit apochrypha occulta dici, quòd illis in tēplo publicè non licebat uti: reprobata tamen opinionem illam, quæ apochrypha occulta dici putat, nimirum incerti authoris, seu ἀδίστοτα, inquit enim apochrypha occulta, non ut uulgò putat, dici, incerti authoris. Verum non est uulgus, qui hoc dicit; sed uiri grauissimi sūt, qui id docent; Eadem uerba Trebellij; leguntur in thesauro linguæ latinæ. Ioannes Iauensis in suo catholico,

apo-

apochrypha inqt proprie dici illas scripturas, quarū origo, & author ignorātur; Ambrosius Calepinus scribit, illa scriptura dicitur apochrypha, cuius origo occulta est. Papias vocabulista scribit, apochrypha secreta esse scripturę quarū occulta est origo, nec patēs patribus. In decreto Gratiani distinctione 15. de scripturis canonicis, & apochryphis, additio sic se habet, liber dicitur apochryph^o, id est occultus, & secretus: scilicet cuius author ignoratur; nō tamē ab Ecclesia recipitur, sed reprobatur: quasi dicat, nō in Ecclesia, sed remotē, & secretē ab Ecclesia legēdus est, iuxta Hugiationem Ioannes Ludouicus Viues in commentarijs de scripturis apochryphis loquēs: inquit, esse ea scripta, quibus Ecclesia non utebatur: sed priuatim habebat, legebatque, qui vellet qualis erat Apocalypsis Petri Apostoli, & liber Actorum eius. Sixtus Senensis libro primo suę bibliothecę sanctę sectione prima, scripturas apochryphas explicat, absconditas, occultas, seu dubias, vel ob authoris incertitudinem: vel quia sunt absconditę, ignotę, incertę, & obscurę autoritatis.

Confirmat Diuus Augustinus hæc omnia de Ciuitate Dei ad Marcellinum libro XV. capite XXIII. tomo V. inquit enim. Omittamus igitur earum scripturarum fabulas, quę apochryphę nuncupantur; eo quod earum occulta origo non claruit patribus, à quibus vsque ad nos autoritas veracium scripturarum certissima, & notissima successione peruenit; in his autem apochryphis, & si inueniatur aliqua veritas, tamen propter multa falsa nulla est Canonica autoritas. Sed quid his imoramur? cum communiter apochryphi dicantur etiam libri, quod auctores ignoramur?

Librorum Apochryphorum discrimen.

CAP. III.

EX præcitatatis concludere possumus, libros apochryphos in triplici ordine seiungi posse, atq; discriminari: in dubios, in incertos, & in falsos. Dubij sunt qui de eorum veritate dubitatur: circa materiam; quemadmodū est liber de ortu, & infantia Beatissimę Virginis, & liber de asūptione eius. Rursus liber de infantia Saluatoris, incertus ob authorum incertitudinem; quia nescitur, qui fuerint, quamuis puram contineant veritatem; sicuti est Nazarenorum Euangelium: bene tamen verum est, quod postmodum corruptum fuerit.

Falsi sunt denique, qui Catholicę aduersantur veritati: ut sunt libri hæreticorum; in plus certe se habet apochryphum, quam hæreticum; quia omne hæreticū, apochryphum est; non autem omne apochryphum hæreticum: nam si in apochryphis reperiantur aliqua falsa; sunt tamen in illis etiam plura vera; in hæreticorum vero libris omnia falsa, quę veritati catholicę prorsus contrariantur: Quapropter origenes homilia prima in Cantica canticorum; scripturas apochryphas declarat eas esse: in quibus multa corrupta sunt, & contra fidem catholicam, id circo non placuit Ecclesijs Dei locum dare illis: nec admittere in authoritatem; vidde Iacobum Noguera de Ecclesia Christi libro secundo.

Porro autem, & nos adiungimus quartum nempe, ut liber sit ab Ecclesia approbatus, & receptus. Insigne habemus exemplum de Pauli Apostoli Epistola ab eo ad Laodicenses scripta, & missa: ut ipsemet Apostolus indubitam fidem facit in ea, quam ad collossenses scripsit: nihilominus tamē ab Ecclesia minimē recepta est, & approbata: & est collossensium vltima; Quomodo autem
id

id factum sit; & sic occurrerit; intelligere possumus primò, id quod S. Ambrosius in prohemio super Lucam restatur: nimirum, quòd nouit spiritus discernere, & quasi bonus Numularius Numisma probare, aut repudiare. At vero Sanctissimus Præceptor in sua expositione super Apostoli Epistolâ ad colossenses capite quarto, Lectio-
ne postrema, parum ante finem expositionis scriptum, reliquit: quod nedum Apostolus scripsit Epistolam, ad Laodicenses, vt manifestum est, in calce Epistolæ, sed vnâ aliam ad Corinthios, præter primam, & secundâ: Quandoquidem in prima Epistola cap. 5. dicit, scripsi vobis in Epistola (idest quadam alia) ne comisceamini cum fornicarijs. Neutra est in canone, duplici quidem ratione.

Primò quia non costabat de eorum authoritate, quia forte erant deprauatæ, & perierant in Ecclesijs; Secundo quia non continebant aliud, quàm ista: scilicet Epistola, quæ est ad Colosenses; qua propter ambæ Epistolæ apochryphæ reduntur: non nisi quoniam ab Ecclesia non sunt receptæ, & approbatæ: nam author earum certissimus est, nimirum Paulus Apostolus.

*Num Apochrypha habeant, vel habere possint auctori-
tatem aliquam.*

C A P. I V.

Quoniam supra dictum est apochrypha præter alias cõditiones, atque circumstantias, modosque, vnum esse, vt nullam habeant prærogatiuam, & authoritatem, cum ab Ecclesia minimè sint recepta, atque approbata: Inquirendum nobis est breuiter: num illos habeant, vel saltem possint aliquas habere: & pro partè affirmatiua clarissimè videtur habere authoritatem, & posse habere; &

pro illarum firmitate, & robore sic ostenditur.

Quæ in sacris citantur litteris, auctoritatem habent, & veritatem, cum igitur in nouo testamento, ab Apostolis aliqua citentur, quæ ex apochryphis desumpta esse cernuntur; sequitur, quod apochrypha auctoritatem habent, & veritatem.

Propositio maior clarissima est, quandoquidem, quæ in sacris litteris continentur, sunt à Deo, reuelante, inspirante, & adiuuante eos, qui scripserunt (vt dicemus) igitur, quæ in sacris citantur litteris auctoritatem habent, & veritatem: est enim Deus verax, omnis autem homo mendax; minor vero propositio probatur. Sanè Paulus Apostolus ad Thimothæum scribens (& est secunda capite tertio,) scribens, nimirum, de his, qui veritati resistunt: citat magnos Pharaonis, qui restiterunt Moyfi, dicens; quemadmodum Ioannes, & Mábres restiterunt Moyfi; ita & hi resistunt veritati (loquitur de hæreticis) cum igitur ab Apostolo vsurpentur apochrypha, nomina scilicet Magorum, quæ quidem Apostolus non reperit in diuinis eloquijs, quia nullibi locorum sacrae scripturae, offenduntur; & confirmat Apostolus doctrinam suam testimonio apochryphorum, sequitur necessariò, apochrypha auctoritatem habere, & veritatem.

Et confirmatur huiusmodi ratio auctoritate glosæ, quippe quæ super illum Apostoli locum prærecitatum, inquit; nomina Magorum non inuenisse Apostolum in diuinis libris, sed in apochryphis, ergo sequitur, quod supra.

Præterea ex alio diuinæ scripturae testimonio nimirum, ex nouo testamento, in Epistola Iudæ Apostoli; argumentatur, quod apochrypha auctoritatem habeant, quippe qui Apostolus inuehens contra prauos homines, citat librum Enoch, qui septimus fuit ab Adam reprehendentem, & increpantem illos veluti iniquitatibus repletos: nihilominus tamen, quis fuerit iste Enoch: nescitur.

Nam

Nam si sermo est de illo, qui septimus dicitur ab Adam; quam ratione id stare potest, cum luce lucidius constet, hunc longissimo tempore fuisse ante Moysen nempe tempore legis naturæ, Mosen tempore legis scriptæ, dum, diuina scriptura meminit altercationis à Michaelè Archàngelo factæ cum diabolo de corpore Mosis? ergo necessario sequitur, librum illam Enoch apochryphum esse; cum & talem nunquam composuerit, igitur cum ab Apostolo Iuda citetur in sua canonica: auctoritatem, habet, & veritatem.

Et confirmatur; quoniam inter apochrypha scripta conspiciuntur, & cum illis enumeratur. quod si id negaretur; epistola Iudæ auctoritatem non haberet: cum apochrypha contineat; cum igitur auctoritatem habeat, vnde, & inter septem canonicas recensetur epistolas, saltem apochryphis scripturis auctoritatem dare voluit ambo Apostoli, Paulus scilicet, & Iudas.

Cæterum his non obstantibus, firmiter tenendum est nomina Magorû à Paulo Apostolo citata, apochrypha esse, & similiter librum Enoch apud Iudam, apochryphû; quòd autè citat Apostolus Magorû nomina; non sequitur approbare authentica, apochryphis: sed resistantiam illorum dumtaxat, quam Moyse fecerunt; & hæc est primà responsio.

Secunda erit, vt videas explicationes authorum, & librorû apochryphum sub litera, I, in qua, & recensentur, nomina illa, & diluci datur difficultas; vel dicendum; & erit Tertia responsio; ex doctrina Sanctissimi Præceptoris super caput tertium secundæ Epistolæ ad timothæum lectione secunda; vbi inquit, quod in exodo isti Magi non nominantur; sed hic sic: quia forte Apostolus ex aliquibus verbis Iudeorum habuit; qua propter extremâ, adducere possumus rationem dicendo: quod nomina illa, per traditionem fortassis apud Hæbreos habebantur, &

ita ab Apostolo nominata sunt .

Porro autem, quod ad librum Enoch attinet à Iuda Apostolo citatum; nulli dubium esse debet, vt non sit apochryphus, nec ob id putandum est Epistolam suam non esse Canonicam: quia sumit ex apochryphis testimonium, quam ob causam à nonnullis reijcitur inter apochrypha: sed authoritate reuincitur vetustate, & vsu: vt in numerum sãctarum scripturarum connumerata fuerit: Nec aliquid rursus officit, quòd ex apochryphis testimoniũ usurpauerit Apostolus, non enim, vt daret authoritatem apochryphis, aut vt approbaret canonica Apochryphis: sed vt ex apochryphis diem extremum iudicij aduersus impios exageraret; comminatum vtique plerisq; in locis diuinarum scripturarum contra peccatores cuius cumque generis: vt conuertantur ad dominum, nam Epistola est vniuersalis cum ad fideles, tum quoque ad infideles, præsertim ad apochrypharios: qui apochrypha scribunt.

Amplius dicitur; quod & si Enoch Moysen multis sæculis præcesserit, qui & in paradysum voluptatis trãs latus fuerit nihil secius de futuris, vt ipsemet Apostolus confirmat præcecinit, cuius prophetica fuit ante traslationem.

S. Hieronymus (& est alia responsio) nihil aliud significari decernit; nisi, quod liber ille sic conscriptus fuit: nempe Enoch; quemadmodũ multa sub nominibus prophetarum inscripta cernuntur, vt in explicationibus Authorum, & Librorum Apochryphorum significauimus, & Beatus Agustinus super 20. capite super Matthæum id confirmat, dum scribit apud Nazareos inueniri librum sub nomine Hieremiæ, & similiter plura alia opuscula sub nominibus Apostolorum &c.

Utum Libri Apochryphi Legi possint.

C A P. V.

IN Ecclesia Catholica hæreticorum libri omnes quicumq; sint illi, reijciuntur omnino, & sub grauiſſimis pœnis, & censuris prorsus prohibentur: ita, vt nec legi, nec teneri possint, si qui vero alij cernuntur; qui non sint hæreticorum, sed Catholicorum authorum, respersi tamen erroribus quamplurimis, in publicum prodiri nequibunt; nec legi: nisi prius corrigantur, & præmissa emendatione; de quibus omnibus legendus est Index similitum authorum; & librorum cum suis regulis, paragraphis, ad notationibus per patres à Tridentina Synodo delectos, confectus: cum præfatione ad indicem R. A. P. F. Francisci Forerij Ordinis Prædicatorum S. Th. professoris, deputationis illius à secretis.

Porro autem, quod ad apochrypha attinet; quia sub nominibus librorum apochryphorum veniunt nominati, etiam hæreticorum libri (vt patet ex Gelasio distincta illa xv. decretorum cap. 5. Romana Ecclesia) tales Libri, nec legi, nec teneri possunt, quia sunt ab hæreticis confecti; quorum scripta inter apochrypha reijciuntur tanquam illa, quæ contra fidem catholicam militant; & veritati aduersantur penitus; vnde omnium rationes apochryphorum includunt. Ideoque omne hæreticum est apochryphum, vt superiori capite inuimus: non autem omne apochryphum est hæreticum.

Sunt deinde scripta quedam apochrypha, quæ nullam falsitatem continent, vt sunt due ille Epistolæ, Pauli Apostoli, altera ad Laodicenses, altera ad Corinthios quarum supra meminimus præter illas canonicas; verum quia non sunt in canone; veluti apochryphæ repute sunt,

Amplius alia conspiciuntur apochrypha, quorū auctores ignorantur, & alijs attributa, quamuis puram contineant veritatem, vt est Nazarenorum Euangelium; licet postea corruptum: & alia consimilia &c. sunt denique alia scripta, quæ quidem inter apochrypha enumerantur, quoniam de eorum veritate dubitatur; vt liber de ortu Beatæ Virginis, & de eius infātia, & de infantia Saluatoris B. Hieronymus, postulante Heliodoro Episcopo ad eius instātiā, scripsit librū de ortu, & infantia B. Virginis: vbi narrationem de Ioachim, & Anna, & ortu Virginis. sed aduch adolescentulus quodam libello se legisse meminit.

Itaque omnes libri apochryphi, cuiuscunquē sint generis (præter illos, qui ab hæreticis conscripti sunt) aut vera, aut falsa contineat: salua fide, saluisque scripturis absque scrupulo legi possunt. Doctrina est Diui Hieronymi in præ recitato libello, certiores nos faciens; ea quæ scribit, nec vera, nec falsa esse asserens: at verò, siue vera, siue sint falsa: salua fide, & absq; animæ periculo, & credi, & legi posse ab his, qui credunt Deum, hæc omnia facere potuisse. Quod si ab aliquo obiectum fuerit apochrypha veritatis certitudinem non habere, respondeatur: doctrina, iam, iam, præ recitata, & dicatur etiam, quod quāuis id sit certum: conuenit tamen ea agere, & credere, quæ contra fidem catholicam, minime militant.

Concludendum est itaque legendos esse libros apochryphos, cum discretione, & magna cautela: vt diligenter examinatis, seruetur illud, quod ab Apostolo primæ, ad Theffalonicenses cap. quinto, scribitur: omnia probate, quod bonū est tenete: vt probatis omnibus, eligat quisq; quod bonum est: & abijciat, quod malum est, amplectatur nimirum vera, reijciat à vero falsa, quod quidem seruandum est quoque in legendis philosophorum poetarum, & consimilium authorum libris. Audi quid Sanctus

Etus Hieronymus aduersus vigilantium scribit. Operis inquam, & studij mei est; multos legerè, vt explurimis, vt diuersos capiam flores: non vt omnia probaremus, quaque bona electurus. Porro autem si obseruabimus: quid ad lectam de institutione filiaë scribit idem Hieronymus pro legendis apochryphis: cautiore dubio procul erimus, & securiores in conscientia quippe, qui, inquit, caueat omnia apochrypha, & si quando ea non ad dogmatum veritatem, sed ad signorum reuerentiam legere voluerit: sciat non eorum esse quorum titulis prenotantur: qua propter concluditur, à simplicibus, & ignorantibus nullatenus debere legi propter periculum: à doctis vero, & sapientibus: nihil obstat, vt legantur.

De alijs Libris Apochryphis.

C A P. V I.

INter alia Librorum apochryphorum genera, vnum illud diximus, vt sit eorum authorum, de quibus maxime dubitatur: de quibus scilicet eorum autores ignorantur; & non sunt, quorum titulis prenotantur: etiam si vera dicerent. Et quidem hoc apochryphum genus latissime extenditur: & per quosque scientificos status permeat: nimirum per Theologos, Philosophos, Mathematicos, Poetas, Historicos, Iureconsultos, Grammaticos, & dum à quibusdam multi scribuntur libri, quorum non sunt autores, alij sine titulo, & authoris nomine, & si sit, erit supposititiæ, vt autem hoc manifestum fiat: aliquod exemplis illucet.

Liber de mirabilibus sacraë scripturaë sub Augustini uo- mine circumfertur: & tamen Sanctissimus Præceptor 3. par. q. 45. art. 3. in responsione ad secundum argumentum, summopere refragatur: non esse scilicet Augustini, nec esse

esse authenticum, & quamuis quodlibet 9. art. 6. ad primum, oppositum astrue re cernatur: id tamen dici iuxta allegationem Magistri sententiarum, prout scilicet ille allegat; sed secundum veritatem, & s. Doctoris opinionem, vt apochryphus reputatur, & non authenticus. similiter librum de Ecclesiasticis dogmatibus, cum titulo, Diui Augustini quodlib. 12. art. 11. omnino reijcit: sed esse Gennadij fatetur, quod si alibi oppositum, videatur, dicere: loquitur iuxta aliorum opinionem. Amplius liber, de spiritu, & anima, qui Augustino tribuitur: tanquam apochryphus, & non authenticus à Sancto Doctore existimatur.

Quemadmodum, & liber de differentia spiritus, & animæ quod nedum non sit Augustini: verum etiam, quod non sit authenticus; Sanctissimus Præceptor quæst. vnica de spiritualibus creaturis, art. 11. in responsione ad secundum, dicit hæc verba. liber de spiritu, & anima est apochryphus, cum eius author, ignoretur: & sunt ibi multa, vel falsa, vel improprie, dicta; quia ille, qui librum composuit, non intellexit dicta Sanctorum: à quibus accipere conatus est; liber.

De vnitare, & vno Boerio ascriptus, non est Boetij: nec est authenticus: Author est Sanctissimus Præceptor de spiritualibus creaturis: art. 1. in responsione ad 21. argumentum; & quodlibeto 9. art. 6. ad secundum, & de horum generibus innumeros ferè reperies. Porro autem non est hic locus de libris apochryphis in vniuersum pertractare. Opus certe ingens emergeret, si cuiuscunque generis apochrypha adducere vellemus. Verumtamen non sunt aspernendæ regulæ aliquot dignoscendi libros, cuius authoris extent, prima est stilus. Conformandi sunt quidem duo libri, et perpendere si conueniant in stilo. Si conueniant, eiusdem erunt authoris; si disconueniant; vnus horum erit author, non, vterque.

Secunda regula consistit in modo procedendi, cum alter grauitate præminet: aliter leuitate, alter facilitate alter auriatæ. Siquidem non erunt vnus, & eiusdem authoris, sed diuersorum, nam compositio disentit.

Tertia regula est; si author (verbi gratia) scripserit grece. videndum quippe est; quis fuerit interpres, & translator. Potest namque esse, vt translationes diffideant: nihilominus tamen, vnus, & idem erit illorum author, vnde defectus non esset authoris, sed interpretis, & translatoris, exemplum habemus in Sancti Ioannis Chrysostomi operibus, dum ab aliquibus non nulla reijciuntur: vti non sua. Certe si traductio diuersa fuerit à translatione illorum, quæ tanquam sua acceptantur: ambigua erunt, & dubia opéra illa Chrysostomo attributa. Veruntamen, securius erit discutere textum, & phrasim græcam, si conueniant ad inuicem, nec ne; si enim disentiant: non erunt Chrysostomi, & sic veluti apochrypha reputabuntur, sed vidde fixum Senensem in verbo Sancti Ioannis Chrysostomi.

De Libris Agiographis.

C A P. VII.

Agiographi Libri sunt illi, qui aliquando vllam authoritatem habuere: quemadmodum in veteri testamento Liber Iudith, Iob, Tres Salamonis, Daniel, Paralipomenon, Esdras, & Ester: quum præceteris eminentiã non haberent, secundum quam agnominarentur; quapropter Sacri Patres agiographos tales nominare contenti sunt: hoc est Libros Sanctos, seu Sanctorum scripta: ab agios, quod est Sâctum, & grapho, quod est scriptura. Verbum enizgræcum est grapho γραφω, idest scribo, & γραφια, hoc est scriptura: quasi Sanctè scripta, vel
San-

Sancta scripta, seu Sanctorum scripta; ab aliquibus vero priscis Patribus, Ecclesiastici, sunt appellati non canonici; quoniam noluerunt eorum vi, potuisse aliquid; vel proferri, vel ad authoritatem adduci; & ad confirmationem: dum ad contentionem venirent: sed vt in Ecclesia tantum legi possent.

Quare Sanctus Hieronymus in prologo super librum Iudith, hæc scribit. Apud hebræos, liber Iudith inter Agiographa legitur: cuius authoritas ad roborandum illa, quæ in contentionem veniunt: minus idonea iudicatur; Chaldæo tamen sermone conscriptus inter historias computatur. Verum quia hunc librum, Synodus Nicæna, in numero Sanctarum scripturarum legitur; computasse: idcirco è Chaldæo in Latinum trāstulit S. Hieronymus, & Canonicum promulgauit, & inter canonicas scripturas recensuit cum dictis Libris Concil. Trid. & Florent. quos aliqui scriptores solum Ecclesiasticos appellarunt ante dictum Synodum.

Librorum Canonicorum Dignitas, & Eminentia.

C A P. VIII.

TRia sunt Librorum genera, quæ in Ecclesia Christi hodie conspiciuntur. Primum est. Canonicum. Secundum apochryphum. Tertium hæreticum, de hæreticorum libris nulla fiet hic mentio omnes enim à viris catholicis egregiè confutati sunt, & explosi: & ab orthodoxa Ecclesia iuste reprobati, & condemnati, cum suis authoribus, ac propterea talibus libris, & eorum authoribus sempiternum sit anathema.

Porro autem de Canonicis libris verba facturi, illos dicemus canonicos, qui dictate Sancto spiritu à diuinis scriptoribus confecti sunt: propter quod appellantur sacri.

Sane

Sanè dicuntur Canonici, idest regulati. Canon *κανον* græcæ, latinè regula. Est namquè diuina scriptura, infallibilis, regula credendorum, & agendorum. Est quidem regula fidei suggerens, quæ scilicet, credere firmiter debemus, & agere. Est demique via ducens, nos ad cognoscenda, quæ supra nos sunt super naturalia; vt quæ in enigmate hic videmus: tunc facie ad faciem ibi videre possimus.

Qua de re Sacri dicuntur. Sacri nimirum, quia reuelans Sacer est. Quæ reuelantur: Sacra sunt: quibus reuelantur, Sacri quoque. Scriptores insuper Sacri; Sacri tandem in quibus scribuntur. Cum itaque omnia sint Sacra; Sacri etiam erunt Canonici Libri. Vnde & Concilium Carthaginense tertium præcepit, vt nihil in Ecclesia legeretur, sub nomine diuinarum scripturarum, nisi canonicæ scripturæ. Est certe caput xlviij. Et quamuis sit Prouinciale Concilium, Confirmatum tamen fuit in sexta Synodo Generali in Trullo celebrata, & à Leone IV. distinctin. xx. capite de libellis confirmata: quemadmodum, & multo ante in Concilio Laodicensi, circa annum Domini ccclxiiij. celebrato; statutum fuit: vt in Ecclesijs nullos libros, qui extra canonem sunt, debere legi: nisi solos canonicos, noui, & veteris testamenti. Ad sunt, & alia Conciliorum testimonia, & maxime Summorum Pontificum decreta, hoc idem insinuantia. Sed & Florentinum Concilium sic ait.

Septimo decernimus vnum atque eundem Deum, veteris, ac noui testamenti, hoc est legis, & Prophetarum, atque Euangelii profiteamur authorem. Quoniam eodem spiritu inspirante vtriusque testamenti Sancti locuti sunt, quorum libros suscipit, & veneratur Ecclesia. Et Innocentius Primus, in Epistola ad exuperium Episcopum Tholosanum capite postremo scribit; hos libros recipi in canonem Sanctarum scripturarum.

Ex his itaque manifeste clarescit; non aliter acceptum esse à Pontificibus Summis, & Conciliis librorum Canonico-
 rum vocabulum, & nomen, nisi pro Sacro: quia ut diximus sacri sunt; multis quidem iam modis explicatum. Unde tantæ sunt authoritatis, & eminentiæ; ut quicquid ibi continetur, verum firmiter teneat: sicque in dubio credi debet.

Quandoquidem verissimum est illud, quod ex hoc manifeste concluditur. Exemplum habemus in Philosophia. Quemadmodum enim in ea per reductionem, ad prima principia per se nota cognoscitur veritas: ita in diuinis scripturis à Sanctis Doctoribus traditis, cognoscitur veritas, quo ad ea, quæ sunt fidei tenenda; per reductionem, ad scripturas canonicas; Quæ diuina reuelatione sunt habitæ: cui quidem falsum nullatenus subesse potest, quum Deus summa veritas sit reuelans (ut diximus) & innitur illi Danielis secundo; est Deus in celo, reuelans Mysteria, & nihil catholice fidei refert, aut interest; esse huius, aut illius scriptoris; dummodo Spiritus Sanctus author esse credatur. De huiusmodi igitur canonicorum Librorum celsitudine, & præstantia; deque eorum fide certissima, & in dubia, & tandem de suorum scriptorum sinceræ, ac fideli interpretatione: Audi quid Diuus Augustinus scribat ad Sanctum Hieronymum, dicens. Ego solis eis scriptoribus, qui Canonici appellantur: didici hunc timorem; honoremque deferre; ut nullum eorum scribendo, erasse, firmiter teneam. Ac si aliquid in eis offendere, quod videatur contrarium veritati: nihil aliud extimem, quam mēdosum esse codicem; vel non esse afsecutum interpretem, quod dictum est, vel me minime intellexisse: non ambigam. Alios autem ita lego, ut quælibet, sanctitate doctrinaue polleant: non ideo verum putem, quia ita senserunt: sed quia mihi per illos auctores Canonicos, vel probabiles rationes, quod à vero
 non

non abhorreat: persuadere potuerunt.

Ex quibus habemus, necessum esse, vt hijs, quibus reuelate sunt canonicæ scripturæ, credatur omnino; propter auctoritatem quam habent: vnde non mirum, si sacra doctrina contra aduersarios ab auctoritate sacre scripturæ argumentari solet, in primis, & ante omnia, & necessariò propter auctoritatem dicentis; cum principia sua per reuelationem habeantur; quo circa proprijsimè argumētatur. At verò aliorum doctorum auctoritatibus ex proprijs fermè vtitur: sed probabiliter, non necessario. Quippe quorū auctoritas ad prima sacre doctrine principia reduci minimè potest. Sanè quæ versatur circa sacre doctrine principia fides nostra: eorum reuelationi, qui canonicos scripsere libros inicitur. Doctrina Sanctissimi præceptoris est p. p. qu. i. art. 8. & nullis alijs reuelationibus.

Canonicæ igitur scripturæ dictante Spiritu Sancto à Sacris scriptoribus æditæ sunt; aut quòd Spiritus Sanctus illa reuelauerit scribenda; quæ tamen scriptori non dum manifesta erant: aut quòd si erant manifesta, ipse met Spiritus Sanctus scriptoris animum ad scribendum mouit, & suauiter impulerit: afflatuq; suo vehementi, ne in minimo quidem erraret, eleuauit, inspirando, suggerendo, & dictando, nedum singula verba, quæ scriberet; verum etiam orationis compositionem, elegantiam, & leporem &c.

Sacrorum voluminum vtriusque testamenti authores, scriptores, ordo, series, distinctio, numerus &c.

C A P. I X.

DE dignitate, eminentia, auctoritate sacrorum voluminum, iam, vt cumque dictum est; nunc etiam breui-

ter dicemus : qui authores fuerint , qui scriptores , quis ordo, series, distinctio, numerus &c.

De authore quidem iam dictum est; primum, & præcipuum fuisse Deum, qui reuelauit: & primum quoque, qui etiam scripsit: iuxta illud exodi xxiv. Dabo tibi duas tabulas lapideas, & legem, ac mandata, quæ scripsi; vt doceas. Deinde Exodi xxxi. Deditque Dominus Moyfi, completis huiuscemodi sermonibus in Monte Synai duas tabulas testimonii lapideas: scriptas digito Dei. Et capite eiusdem xxxiv. in initio. Præcide, ait, tibi duas Tabulas lapideas instar priores: & scribam super eas verba, quæ habuerunt tabulæ, quas fregisti. Secundarii verò Scriptores, & instrumentales hi fuerunt, quibus facta est reuelatio; & à Spiritu Sancto moti sunt: nimirum Apostoli, & Prophetæ. Duplex testimonium Doctoris gentium adest. Primum est ad Ephesios secundo capite; vbi scribit Apostolus: iam non estis hospites, & aduenæ; sed estis ciues Sanctorum, & domestici Dei: super edificati super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum; ipso Summo Angulari lapide Christo Iesu. Secundum testimonium est eiusdem ad Ephesios quarto, vbi inquit. Dedit idest Deus, quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas: alios verò Euāgelistas, alios autem Pastores, & Doctores, ad consumationem Sanctorum in opus ministerii, in edificationem corporis Christi &c.

Itaque super fundamentum &c. explicat Ambrosius, hoc est, super doctrinam Apostolorum, & Prophetarum; idest super nouum testamentum, & uetus: quia quod Apostoli prædicauerunt, Prophetæ futurum prædixere. Annuuit loco præ recitato Sanctissimus præceptor: dicens, super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, idest super eorum doctrinam; quoniam vtraque est necessaria ad salutem. Rursus, vt ostendat concordiam inter vtramque; ad alteram; dum idem est vtriusque fundamentum:

quia

quia quod Prophetæ prædicauerunt futurum : Apostoli prædicauerunt factum. Et ne Apostoli, vel Prophetæ, in quibus fundata est Ciuitas Dei, quæ est Ecclesia Sanctorum, tenerent se in se : subdit, ipso summo angulari lapide, existente Christo Iesu .

Quapropter obseruandum est; quòd quamuis Apostoli, & Prophetæ sint huiusce spiritualis edificii fundamenta : nihilominus tamen Christus est principalissimum . Vnde, & tria illi conueniunt: quòd scilicet sit lapis: quòd sit angularis; & quòd sit summus . Lapis ob firmitatem fundamenti (Petra enim erat Christus) vnde Danielis x. scribitur: lapis abscissus de monte sine manibus &c: Angularis propter duorum populorum coniunctionem Iudaici, & Gentilis: in angulo enim duo parietes conueniuntur. Qui quidem lapis quamquam ab edificantibus reprobatus: factus est tamen in caput anguli: quia non est in aliquo alio salus, vt scribitur act. iv. summus tandem propter dignitatis celsitudinem . Nullus excelsior Christo Domino; quoniam est fundamentum fundamentorum omnium . De quo loquitur Paulus Apostolus primæ ad Corinthios capite tertio: dicens. fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est: quod est Christus Iesus .

Aliud Apostoli testimonium iam citatum: est simile priori vnde inquit. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, hoc est, suæ prædicationis Vicarios; iuxta illud in omnem terram exiit sonus eorum : & in fines orbis terræ verba eorum; quosdam autem Prophetas in veteri testamento, qui prænuntiarunt futura fidei mysteria, quemadmodum in nouo Apostoli iam facta, & aliqua alia facienda. In nouo testamento Prophetæ sunt Diuinarum scripturarum explanatores. Nos autem Prophetas in nouo testamento adiungimus esse etiam Prædicatores verbi Dei. vaticinantes quoque illa fidei mysteria, quæ non sunt

com-

completa. Scribit tamen super hunc locum sententiarum Magister, in primitiua Ecclesia, initio fidei fuisse aliquos futura prædicentes: sicuti Agabus, & septem filia Philippi. Ampliat deinde Apostolus spirituale ædificium Ecclesiæ ad Euangelistas; qui quatuor extiterunt: Matthæus, Marcus, Lucas, & Ioannes. Nullos alios nouit Ecclesia: tanquam Canonicos, non apochryphos: authenticos, ac proinde verissimos, non pseudo. Habent quidẽ Euangelistæ officium, conscribendi Euangelium, & prædicandi: licet de principalibus Apostolis minime extiterint. Sequitur postremo; alios autem Pastores, & Doctores: vt Ecclesiæ gregis curam haberent. Et coniungit Doctores; quia Ecclesiæ Rectores interest, gregem docere, quæ ad fidẽ, & bonos mores spectaret. Præmittit primò Apostolos, deinde Prophetas, & alios: quandoquidem Apostoli quoscumque dignitate præcellunt; tamen si Prophetæ Apostolis tempore Priores extiterint. Habemus itaque vniusque testamẽti authores, & scriptores: primum, & summum, qui est Deus: secundarios verò Apostolos, & Prophetas.

Veteris testamenti Authores, & Scriptores.

C A P. X.

DE Scriptoribus, & Authoribus veteris instrumenti in hoc capite dicemus; & primo de Genesi, & sequentibus: quis nam eorum Author, fuerit, & scriptor. Sanè authorem secundarium, & Scriptorem illorum librorũ, quis fuerit, certum est in Ecclesia, & apud Catholicos Doctores, quod & Hæbrei confirmant; Mosen absque dubio extitisse: & ea quæ post eius mortem conscripta, inspiciuntur, vel Eldram fuisse: vel Iosue: cui nos facillè assentimus. Vnde dicuntur quinque libri Moysis. Hoc Græci

Græci quoque confirmant; vocantes libros illos pentateuchon: hoc est, volumen quinque librorum. Pentateuchon enim græcè, latinè quinque exprimuntur. Teuchon vero volumen interpretatur. Apud Hæbreos, quum singuli legem contineant, Thora, idest lex appellatur.

Libri Iosue authorem, & scriptorem, ipsum met Iosue fuisse, nulli dubium esse debet. Authores, & Doctores legedi sunt. Quæ autem post eius mortem scripta cernuntur; ab ipso Esdra apposita fuisse: ualde consentaneum est.

Porrò autem de libris iudicum, & Ruth. sermocinando, quis nam fuerit illorum author, & scriptor: dissident, ab inuicem authores. Alij enim Ezechiam fuisse, aiunt, alij Esdram: alij verò Hieremiam: sed Hæbræi constantissimè fatentur, Samuelem exstitisse.

Ex quatuor libris Regum, duo primi nempe primus, & secundus à Samuele conscripti sunt: sed minimè completi. Nam Gad, & Nathan illis supremam imposuisse manum: plerique autumant. Ceterum de tertio, & quarto, inter authores est discrepantia; dum alij Esdram authorem faciunt: nonnulli Hieremiam.

Paralipomenon apud Hæbræos vnus est liber; sed propter voluminis magnitudinem à græcis, & latinis in duos diuisus est. Sanè continent ea, quæ in superioribus Diuinæ Scripturæ libris omissa sunt: & veluti Historia, & Chronica effecti. Authores, & Scriptores ex Seniorum Hæbræorum sententia Esdram extitisse, autumarunt duo Rabbini Salomon, & Moses Kimchi: alij verò dicunt nullum certum habere authorem.

Esdrae libri duo, sed primus est Esdrae proprius. Secundus est Nehemia; licet vterque tribuatur Esdrae: quia ambo libri apud Hæbræos, & Græcos vnus est liber: seu volumen.

Tobiae liber ab ipsomet Tobia Seniore, conscriptus est Chal-

Chaldaico idiomate, deinde à Diuo Hieronymo ex Chaldaeo in latinum redditus est.

Iudith libri author, & scriptor, teste Philone Iudæo, Ioa- chim Hebræorum Pontifex Magnus Iesu Sacerdotis Magni filius extitit; à D. Hieronymo ex Chaldæo in latinum translatus est.

Circa Ester librum, quis fuerit eius author, & scriptor; variæ sunt opiniones. Philo Hebræus in sua Chronologia arbitratur, quod huius libri scriptor fuerit Ioa- chim Hebræorum Pontifex præcitatatus. Isidorus, Esdra. Sed ex latinis multi rentur, quod fuerit Mardocheus scriptor, & author. Sed lege Siftum Senensem libro primo de scriptoribus vtriusque instrumenti.

Iob liber, ab ipsomet Iob conscriptus est; quamuis non desint, dicentes; quod ab amicis Iob conscriptus fuerit Syra lingua: vel ab aliquo Prophetarum; ex qua in Hebræâ translata à Moysse fuisse, inquit Origenes: Et Rabini Hebræorum id confirmant. Vnde Sanctus Hieronymus consentit Hebræa lingua fuisse conscriptum immixtis interdum Arabicis, & Syriacis Scriptoribus &c.

Psalmorum liber communiter Dauidi Regi authori tribuitur: sed controuersia est inter Sanctos Patres, num omnes centum quinquaginta scripserit, et illorum author fuerit. Verum lege Siftum Senensem loco præcitato; si quidem inuenies: quod concordant adinuicem.

Parabolarum liber, seu prouerbiorum, quod fuerit à Salomone conscriptus: nulli dubium esse potest; Sicuti etiâ, quod illius author fuerit. Solum ea, quæ à capite xxv. vsque ad calcem leguntur; Sebnam, & alios Ezechie Regis Iuda notarios ex alijs voluminibus adunasse: scribunt authores.

Ecclesiastem similiter librum Salomoni omnes ascribunt, nemine dissensiente. Hebræi verò vtrumque librū Koeletb appellant ob eminentem sapientiam, quæ in vtroque conspicitur.

Canticum Canticorum Salomonem composuisse manifestum est omnibus. Et si sint, qui dicunt, horum trium librorum sententias Esaiam Prophetam collegisse: et in tribus præfatis libris disposuisse.

Sapientiæ librum Salomonis fuisse, ex ipso met loco clarescit: vt videre est. Cap. IX. vnde ruit, quod aliqui scribunt: nempe: quod fuerit, vel Philo Iudæus Iunior: vel Senior; vel Græcus aliquis scriptor: quippe, qui Salomonis sententias collegit: & græcè scripsit, ipse verò author dubio procul Salomon extitit.

Ecclesiasticus liber à Iesu filio Syrach Hebraicè compositus, & conscriptus apparet. Sed eius nepos illum transtulit in Græcum. Porro autem à Concilio Carthaginensi tertio in Canonicorum serie connumeratus est sub nomine Salomonis Sapientia. Nam ille sententiarum Salomonis collector tantum fuit. Approbarunt Concilij decretum, se subscribentes Sanctissimi Pontifices Innocentius, & Gelasius.

Isaias Propheta suæ Prophetiæ auctor extitit, & scriptor. Et quidem nobilis Propheta; nobilis genere, nobilis scientia, nobilis Sanctitate. In huius Prophetia leges res dialecticas, naturales, Ethicas, & quod plus refert: Diuina, Sanctarum scripturarum mysteria. Quæ orationis eloquentiam maximam redolent, ita vt alios Prophetas in his generibus excedat. Martyr moritur, ab impiissimo Rege Manasse in duas partes dissectus: eò quod Deum se vidisse in sublimi solio sedentem, pronuntiasset: & rursus quod primates Regiæ Domus Sodomorum Principes proclamasset. Prophetavit aduersus Iudeam, Hierusalém: & contra quascunque gentes.

Ieremiæ Prophetia ab ore Baruch Prophetæ accepta, ab ipso met Ieremia conscripta est. Quam cum in ignem proiecisset impius Rex Ioachim: iterum iussu Dei dictauit, accito Baruch notario. Trhenorum quoque siue lamentatio-

tationum ipse author fuit, & scriptor:

Baruch Propheta Hebraicè suam conscripsit prophetiam, quæ à Florentino Concilio, & Tridentino in Canonica-rũ scripturarũ numero reposita est: quemadmodũ à tertia Synodo Carthaginẽsi, Concilio Magno Lateranensi, & à Gelasio Summo Pontifice liber sapientiæ Salomonis.

Ezechielis Prophetia ab ipso vaticinata, & vt sua cõscripta est. Danielis quoque vaticiniorum suorum librum composuit mirabilem.

Ex xij. minoribus Prophetis primus in ordine comparet Osea; qui suæ etiam prophetiæ author extitit, & scriptor: prophetans aduersus decem tribus Israel.

Ioelis prophetia ab ipsomet breui compendio conscripta est; & contra impios in vniuersum: & peculiariter aduersus Iudam, & Hierusalem, & Iacob &c.

Amos ex plebeio, & pastore, ruborum mora vellicans (vt in scripturis conspicitur) de repente, & miraculo factus est Propheta: prophetans contra decem tribus Israel &c.

Abdias ex Quinquagenario cui præfuit, videns duos quinquagenarios Helix Propheta præcepto, cęlesti igne cõsumptos, ipse met ab Ozochia Rege tertius missus: iustitia Diuina territus, Rege relicto, Helix adhæsit: & discipulus eius effectus, prophetauit.

Ionas Propheta suam quoque prophetiam paruo libello conclusit; conuersione. n Niniue, quam sua prædicatione obtinuit: præcipue conscribens. Fuit filius viduæ illius Saræptanæ, quem suscitauit Helias.

Micheas Propheta suæ etiam Prophetiæ author, & scriptor: prophetauit aduersus Samariam, & Hierusalem; aduersus personas cuiuscunque generis: Reges, Præsides, Iudæos, Sacerdotes; falsosq; Prophetas, & similes impios; ob quod in altum locum ductus: ab illo præcipatus, expirauit.

Nahum Propheta suorum variciniorum libellum, & quidẽ fatis

fatis paruulum : conscripsit : Et contra Niniuem post Ionam prædixit; eò quòd post conuersionem in prædicatione Ionæ rursus ad vomitum peccatorum : & ad grauiora crimina redijt. Quapropter, & eius destructionem cum vniuerso Assyriorum Regno vaticinatus : à Nabuchdonosore deletum est.

Abachuc Propheta, qui Angelico subsidio cibum Danieli portauit; ex Dei præcepto suæ prophetiæ librum contra Babilonem, & Nabuchdonosorem Chaldeorum Regem conscripsit.

Sophonias Propheta è Sarabatto Monte, libro vnico breuiter suam prophetiam conclusit aduersus Hierusalem : protestans illis, & Vrbs, & vniuersi Iudæorum Regni destructionem.

Aggeus Propheta adolescens es Babylonica captiuitate reuersus in Iudæam : prophetijs populum coegit ad templi Dei reedificationem. Qui si non obedissent: innumera mala eos inuasissent. Sed Dei benignitate templi edificium proprijs oculis completum perspexit; vbi primus omnium cecinit alleluia. Porro autem suas prophetias breuissimo libro perstrinxit.

Zacharias, filius Barachiæ Propheta obscurissimus, excedēs alios Prophetas in scribendo. Prophetauit de templi reedificatione; & multo lōgius de Ciuitate Hierusalem; eius prophetia visionibus plerisque obscuris repleta conspicitur.

Malachias minorum Prophetarum postremus Propheta; quum vidisset, tam populum suum, quàm Sacerdotes laxatis habenis, quibuscunque vitiis deseruire : spretis Diuinæ legis præceptis, terga Deo vertentes: post tot beneficia eis præstita; liberationis nimirum à Babylonica captiuitate: felicis reditus in Hierusalem : post denique templi instaurationem: coactus est hanc edicere prophetiam aduersus eos: quam scriptam reliquit.

Machabæorum duo libri, primus, & secundus. Quis eorum author fuerit, & scriptor, non modica controuersia est inter scriptores, Latinos, Græcos, & Iudæos: quos si hic recēdere vellemus: dubio procul ab instituto deficeremus. Verumtamen quisquis ille fuerit author, & scriptor parum refert: cum historia illa ab omni suspitione aliena conspiciatur. Et sufficit, quod D. Augustinus scribit de Ciuitate Dei libro xvij. Machabæorum libros (inquit) non Iudæi, sed Ecclesia pro Canonicis accipit: propter quorundam Martyrum passiones vehementes, atq; mirabiles, qui ante quàm Christus venisset in Carnem, vsque ad mortem pro lege Dei certauerunt: & mala grauissima, atque horribilia pertulerunt.

Sacrorum voluminum noui testamenti Authores, & Scriptores. in super eminentia super alios, & dignitas.

C A P. X I.

Quemadmodum præcedenti capite diximus primum veteris testamenti authorem fuisse Deum Opt. Maximum: ita & noui ipsum met Deum proprium Authorem extitisse, par est. Quandoquidem vtriusque testamenti Deus primus est Auctor. Et sicuti instrumentales, & secundarij vniciq; quibus conueniret, tributum est in veteri: ita, & in nouo, vt iam, iam dicemus, sui existunt instrumentales, & secundarij. Ex quibus apparebit ordo, numerus, distinctio, series nomina, & cetera huiusmodi. In initio noui testamenti quatuor reponuntur Euangelia, primum est S. Matthæi. Secundum S. Marci, Tertium Sancti Lucæ. Quartum S. Ioannis. Qui dicuntur Euangelistæ, cum sua Euangelia Deo inspirante, & adiuuante scripserint; ac propterea Canonica existunt: aliena quidem ab Hæreticis, & Apochryphis.

Matthæus Apostolus, & Euangelista sui Euangelij author, & scriptor extitit in Iudæa. Et quidem scripsit ea, quæ proprijs oculis vidit, & quæ proprijs auribus audiuit, scripsit Hebraice. Nam à Domino vocatus, ex publicano factus est Apostolus: Deinde Euangelista. Immoratur principaliter circa humanitatem Christi: vnde & suum Gentilitium hominem habet pro signo. Suum postea Euangelium translatum fuit in Græcum: sed à quo fuerit: ambiguum est, & incertum.

Marcus Secundus Euangelista, qui fuit, & Alexandriae Episcopus: Principis Apostolorum discipulus, & interpres, Fratrum suorum præcibus, Romæ breue scripsit Euangelium secundum, quod à Petro audierat. Quod quidē audiens Petrus, approbavit: & autoritate sua Ecclesiæ legendum voluit. Circa resurrectionem Domini egregiè moratus est: vnde habet pro insigni Leonem. Hic diligenter annotatione dignum duximus S. Marcum triplici lingua suum exarasse Euāgelium. Græca, Latina, & Syriaca. Græcè scripsit Romæ; Latinè Aquileiæ; Syriace Alexandriae. Sed lege cap. 23. 24. 25. &c. septimi libri, qui est primus Tertij Tomi; de stabilitate Terræ, Cæli, ac Solis mobilitate &c.

Lucas, Medicus, Pictor, & quod magis refert nobilis Euangelista, natione Syrus, Antiochenus, Apostolorum discipulus, deinde Pauli Apostoli vsque ad mortem, Sancto inspirante spiritu, suum scripsit Euangelium in Achaia Bithiniæ, Beotiaq; partibus. Eius excellentia consistit in rescribendo Christi Domini passionem. Quapropter, & eius insigne est vitulus, Christum in ara Crucis immolandum. Audita magis enarrat, quàm uisa &c.

Ioannes Apostolus, & Euangelista vltimus omnium scripsit Euangelium: qui cum alia Euangelistarum Euangelia legisset potissime ab Asiae Episcopis rogatus, vt aduersus Hæreticos, qui peius absentia Ephesi Ecclesiam, præcipue

cipuè irruperant, præsertim contra Cherintum, & maxime aduersus Ebionitas, quorum dogma consurrexerat: asserentes ante Beatam Virginem Christum non fuisse. Idcirco Diuinam eius Natiuitatem edicere conatus, atque compulsus est. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Quamobrem omnes superauit Euangelistas. Quippe qui, Christi natiuitatem temporalem, & quæ facta temporalia eius gessit sufficienter quamuis exponant; de Diuinitate tamen eius pauca digrediuntur quasi animalia gressibilia, iuxta D. Augustinum cum Domino in terra gradiuntur. Ioannes verò pauca de temporalibus, & eius gestibus disserens; ad Diuinitatis eius potètiã præ alios altius ascēdit: cum Domino ad cælum euolans. Vnde non immerito Aquilæ comparatur, & eius insigne illi tribuitur: quæ præ cæteris auibus altius euolat.

Actus Apostolorum deinde sequitur in ordine librorum noui testamenti, cuius auctor, & scriptor nulli dubium esse poterit, vt non fuisset. S. Lucas Euangelista. Qui etsi Apostolorum acta scripserit: acta sunt Spiritus Sancti infundentis in eis opera mirabilia. D. Hieronymus scribit Apostolorum acta nudam videri sonare historiam: & nascentis Ecclesiæ infantiam texere. Sed si nouerimus, eorum scriptorem esse Lucam Medicum, cuius laus est in Euangelio: omnia illius verba animæ languenti esse medicinam, aduertimus.

Pauli Apostoli Epistolæ canonicæ quatuordecim. Prima est ad Romanos ex Corintho missa. Secunda est ad Corinthios, ad quos duas scripsit, vnã ex Ephelo, alterã ex Philippis Macedonia. Ad Galatas vnã è Roma. Similiter ad Ephesios vnã è Roma. Ad Philipenses alterã ex carceribus Romæ. Ad Colossenses vnã ab Epheso ex vinculis. Duas ad Thessalonicenses ab Athenis. Ad Timotheum duas, primam ex Laodicea Phrygiæ, secundam

dam ex vinculis Romæ . Vnam ad Titum ex Nicopoli
Macedoniæ . Ad Philemonem Phrygem ex vinculis Ro-
mæ .

Ceterum præter has Epistolas, est illa, quæ ad Hebræos
scripsit : de qua magna fuit inter græcos, & latinos Pa-
tres controuersia, num fuerit Pauli Apostoli, nec ne;
propter quod non esse inter Canonicas scripturas reci-
piendam : non nisi propter stili sermonisque distantiam
ab alijs Epistolis . Quapropter fateetur Tertullianus, esse
Epistolam illam, vel Barnabæ Apostoli, vel Lucæ Euan-
gelistæ, aut Clementis . Ceterum, quia ab Ecclesia est re-
cepta, tanquam Pauli Apostoli germana: nemini in su-
spicionem venire debet, vt non sit Apostoli Sancta Ni-
cena Synodus inter alia canonica scripta, illam Canoni-
cam recepit . Insuper, & Laudonicenum Concilium, &
Cartaginense terrium, & deinde Auroficanum id effece-
re . Verum, & Florentinum Concilium, & Tridentinum
inter Sacra volumina illam receperunt .

Quod autem stilus reclamet, sermone distet : nihil officit :
quoniam Apostolus Hebraice scripsit: traductores qui-
que illi fuerint, sermone græco traduxere, postmodum
latinè . Ideo visa est Epistola non sua &c.

Porro autem de alijs septem Catholicis Epistolis verba
facturi iuxta seriem, & ordinem S. Concilij Tridentini
digrediemur, & primo de duabus Petri Apostoli . Prima
Principis Apostolorum Epistola Catholica per Syluanū
missa, scripta fuit ad fideles dispersionis Ponti, Galatię
Cappadocię, Asię, & Bithyniæ idcirco dicitur Catholi-
ca . Id est vniuersalis non ad vnum missa Secunda
scripta fuit ad Hebræos nuper ad fidem couersos . Prima
statim ab Ecclesia recepta fuit .

De secunda autem dubitatum est aliquando, num fuerit
Petri Apostoli, & cuius esset authoritatis . Ceterum Lao-
dicena Synodus, & Carthaginense Concilium ab omni
dubi-

dubitatione nos liberarunt: dum Sacris voluminibus inferere curarunt sub Petri Apostoli nomine: quod & confirmarunt successiue Concilium Florentinum, & Tridentinum.

Ioannes Apostolus, & Euangelista tres scripsit Epistolas; vnam quæ Catholica dicitur, non quòd reliquæ non sint catholicæ, & veraces: quia Catholicum dicitur, quod omnibus est vniuersale; vnde ad quoscumque fidelium directæ est Epistola: scripsit namque ad cuiuscunque generis personas, & ætatis; masculos, fœminas, magnos, paruos: senes, iuuenes, &c. ad differentiam aliarum duarum: quarum vnam ad Gaium scripsit; alteram ad electam: quæ quidem sunt particulares personæ, & singulares. Quam vero authoritatem habeant? certè, vt aliæ. quandoquidem Sacra Concilia iam præcitata, in Canone Sanctorum scripturarum reponere; & idem robur habent, &c.

Iacobi Apostoli cognomento iusti (quem Fratrem Domini appellant, & fuit primus Episcopus Hierosolymitanus) Epistola ad duodecim tribus dispersionis Israel, tunc nouiter ad Christum conuersus, tandem inter alias Canonice scripturas reposita est, authoritate Sanctorum Conciliorum Laodiceni, Carthaginensis, & sequentiũ. Et est vna de septem Catholicis.

Inter septem Catholicas Epistolas iam enumeratas postrema est Sancti Taddei, qui et Iudas Apostolus, et Iebæus vocatur: frater Iacobi Minoris, & ex Alphæo, et Maria Cleophæ frater Domini nostri Iesu Christi; Nam Maria Cleophæ soror fuit Beatissimæ Virginis Mariæ Matris Dei. Hic Apostolus breuissimam scripsit Epistolam ad eos, qui tunc Conuersi erant ad Christum. Quæ quamuis à plerisque priscis extra Canonem reiecta fuerit; nihilo teciùs authoritatem vetustate, & vltimo usque ad S. Hieronymi tempora semper retinuit: atque à prædictis Sacrosan-

crofanctis Concilijs in numero aliarum Sanctarum scripturarum reposita est.

Ioannes Euangelista, nec ante, nec post vocationem literas sciuit; sed in cœna supra pectus Domini recumbens, & ibi quiescens, reuelata sunt ei secreta Cœlestia. Vnde & Diuina Myſteria, & arcana Domini ita hausit; vt mortaliū nemo similem scientiam sortitus fuerit. Quamobrem nos scimus, ipsum esse Apostolum, Euāgelistam, Martyrem, & Prophetam; Apostolum in Epistolis, Euāgelistam in Euangelio, Martyrem in feruenti oleo, Prophetam in Apocalypsi. In Euangelio omnes superat Euangelistas. Nam Matthæus à temporali generatione Christi suum inchoat Euangelium; Marci Excellentia in resurrectione conspicitur: Lucæ, in passione: At verò Ioannes supra Euangelistas omnes se eleuans, à generatione verbi æterna initium sumens, dixit: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum &c. Quare non absque causa singulis tribus Euangelistis animalia terrestria, vt diximus tribuuntur Matthæo, nimirum homo, quia humanitatem Domini digressus est:

Marco Leo ob resurrectione, Lucæ vitulus ob passionem, Ioanni autem Aquila, animal volatile, Auis inuolatu omnes excedens aues, & in plerisque alijs dotibus, vnde, & Regina Auium dicitur.

Verumtamen in Apocalypsi omnes Apostolos, cunctos Euangelistas excelluit: dum soli Ioanni hoc concessum fuerit; vt reuelata sint secreta cœlestia. Quæ quidem in Apocalypsi continentur. Dum enim in Pathmos Insula propter verbum Dei relegatus maneret; Dilecto suo Dominus Iesus recondita myſteria reuelauit: quæ in sua Apocalypsi scripsit: & Ecclesiæ Catholicæ manifestauit. Inter alia, venturas Ecclesiæ tribulationes ab initio nascentis Ecclesiæ: vsq; ad seculi consumationem. Hæc quidem Apocalypsis ipsa, quæ reuelatio explicatur: continet.

Non desunt, qui hunc librum, non esse Ioannis Euangelistæ afferunt, sed nescio cuiusdam alij Ioannis Præsbiteri Græci, verum reclamant omnes Patres, cum Græci, tum quoq; latini; qui constanter affirmant, librum Apocalypsis esse Ioannis Euangelistæ. Et iam approbatus cernitur à Sacris, & Oecumenicis Concilijs, quæ quidem in aliorum librorum Canonicarum numero reposuerunt. Porro autem obiectiones, quas Hæretici adducunt aduersus libros vniuersque testamenti, facilè soluantur à Patribus. Sed vide librum vij. Bibliothecæ Sanctæ Sixti Senensis, parte secunda: & eruditissimum P. Grauinam in suis præscriptionibus de libris Canonicis.

De præstantia vtriusque testamenti, quod eorum videtur esse præstantius.

C A P. XII.

A Nequàm de vtriusque testamenti præstantia digrediamur; potuissimus librorum suorum diuisiones, partitiones, supputationes, & consimilia, quibus vtuntur patres, adducere: quæ cum sint variæ, atque diuersæ inter Hebræos, Græcos, & Latinos, quippe qui à litteris sui Alphabeti, omnia desumunt: opus fuisset hic illas enarrare, sicq; in mari magno digressionum, disputationumq; se immergere. Quippè qui, vt iam diximus, à literis Alphabeticis suis cuncta extrahunt, supputant, partiuntur, diuidunt, & in classibus quibusdam reponunt. Vt autem ab huiusmodi labyrintho liberi essemus, quia nõ erat hoc absolutè necessarium: remittimus lectorem ad Doctores. Videndi itaq; sunt Iosephus libro primo contra Apionem; D. Hieronymus in prologo libri Regum. Isidorus libro sexto suarum ethymologiarum. Epiphanius in libro de partibus Diuinæ scripturæ. Ioannes Damasce-

nus libro 4. Orthodoxæ fidei. Gregorius Theologus in
Historiam. Sixtus Senensis libro primo suæ Bibliothe-
cæ Sanctæ.

Ad propositum igitur nostrum reuertentes, quid scilicet
duorum testamentorum sit præstantius, vetus an nouum?
Respõdetur, quòd si sermo est de causa principali vtriuf-
que testamenti, vnum non est altero nobilius: clarum
enim est, vtrumque à Deo processisse: qui est vtriusque
principalis conditor, & auctor; ac propterea, cum sit idē
Dominus omnium: ex hac parte vnum non superat al-
teram in nobilitate. Si autem consideremus hæc duo te-
stamenta secundum se, & in seipsis: vnum superabit al-
terum in nobilitate. Nam in hoc differt nouum testamē-
tum à veteri, quòd hoc se habet sicut sol nube tectus, &
velatus, illud autem se habet sicut sol in seipso splendi-
dus, & non impeditus. Deus auctor veteris testamenti
erat Deus tectus, velatusque, & absconditus: iuxta illud
Esaïæ c. 45. verè tu es Deus absconditus &c. Deus noui
testamenti est ipsemet, qui veteris: sed in nouo est splen-
didus, non coopertus. Ego sum lux mundi. Postmodum
si sermo erit de contentis in veteri testamento, & de cõ-
tentis in nouo: illa sunt velata, & obscura: in nouo cun-
cta sunt aperta, & manifesta. In veteri in figura versabā-
tur: in nouo, in luce; ac propterea discrimen horum est;
quòd quæ tractabantur in ueteri, erant de futuro, omnia
enim in figura contingebant illis: in nouo autem omnia
sunt in facto. Ceterum si sermo est de lege, quæ nobilior
sit, lex vetus, aut noua; manifestum est omnibus, nouam
veteri præfrantiozem. Quandoquidem lex vetus Moyfi
in Monte Synai à Deo Domino data est: sed cum tōni-
truis, terremotibus, fulguris: nube densissima operiente
Montem, cum clangore buccinæ vehementi; & ita per-
strepebant omnia: vt vniuersum ruere, vidèretur; quibus
perterritus Populus, & singuli perterrefacti, Moyfi dixē-

runt: non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur, ut legitur Exodi xix. At verò lex noua cum tranquillitate absque timore: cum quiete sine strepitu: cum suauitate, pace, & spe vitæ æternæ nobis promulgata est. Lex illa à Deo abscondito collata fuit: hæc à Deo manifesto. Ego sum via, veritas, & vita, Et verbum caro factum est. Deus factus homo similis nobis. Lex illa ponderosa, & grauis, dura, & humeris hominum insupportabilis: hæc leuis, facilis, dulcis, & amena; portatu leuissima. De prima Princeps Apostolorum Petrus dixit. Iugum quod neque nos, neque Patres nostros portare potuimus. Actuum Apostolorum cap. xv. Secunda Christus Dominus Matthei xi. Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue. Lex vetus plena præceptis insupportabilibus; Quare scribit Burgenfis libro primo scrutiniij, distinctione xvij. Capite ix. præcepta legis veteris tot fuisse, quot fuisse dies in anno, nimirum 365. Guglielmus Parisiensis, & Petrus Galatinus multo plura esse, affirmant: nempe 613 Christus Dominus duo tantum: vnum Dei, alterum proximè. Diliges Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & ex tota mente tua, & proximum tuum sicut seipsum: Matthei xxij. Paulus Apostolus ad Romanos viij Capite restrinxit ad proximum dicens. Qui diligit proximum legem impleuit. In summa lex vetus neminem ad perfectum ducit: de noua verò scribitur: perfectio legis, dilectio est.

Ex omnibus itaque præcitatatis libris vtriusque testamenti, duo confecti sunt Indices librorum Canonice: alter veteris, alter noui. Qui autem extra hos inueniuntur, sunt omnes apochryphi, vel ab Hæreticis conscripti: vel quia ab Ecclesia minimè sunt recepti: vnde & illorum construximus Catalogum.

INDEX LIBRORVM

Canonicorum vtriusque testamenti veteris, & Noui; ex
Decreto Concilij Tridentini de Canonicis scriptu-
ris sessione quarta sub Paulo Tertio Pont. Max.

Librorum Canonicorum veteris testamenti
Catalogus .

<i>Moyſe, libri quinque; nimirum,</i>	<i>Sapientia.</i>
<i>Geneſis.</i>	<i>Eccleſiaſticus.</i>
<i>Exodus.</i>	<i>Iſaias.</i>
<i>Leuiticus.</i>	<i>Ieremias.</i>
<i>Numeri.</i>	<i>Baruch.</i>
<i>Deuteronomium.</i>	<i>Ezechiel.</i>
<i>Ioſue.</i>	<i>Daniel.</i>
<i>Iudicum .</i>	<i>Duodecim Prophetę minores .i.</i>
<i>Ruth.</i>	<i>Oſea.</i>
<i>Regum quatuor.</i>	<i>Ioel.</i>
<i>Paralipomenon duo.</i>	<i>Amos.</i>
<i>Eſdrę primus, &</i>	<i>Abdias.</i>
<i>Secundus, qui dicitur.</i>	<i>Ionas.</i>
<i>Nehemias.</i>	<i>Micheas.</i>
<i>Tobias .</i>	<i>Habum.</i>
<i>Iudith.</i>	<i>Habacuch.</i>
<i>Heſter.</i>	<i>Sophonias.</i>
<i>Iob.</i>	<i>Aggeus .</i>
<i>Pſalterium Dauidicum cen-</i>	<i>Zacharias.</i>
<i>tũ quinquaginta Pſalmorũ</i>	<i>Malachias.</i>
<i>Parabolę .</i>	<i>Machabęorum duo.</i>
<i>Eccleſiaſtes.</i>	<i>Primus, &</i>
<i>Canticum Canticorum.</i>	<i>Secundus.</i>

Omnes libri Canonici veteris teſtamēti ſunt numero xlv.

INDEX, ET CATALOGVS.

Euangelia quatuor à quatuor Euangelistis
 conscripta nempe.

Secundum Matthæum,
Secundum Marcum,
Secundum Lucam,
Et secundum Ioannem.
Actus Apostolorum à Luca Euangelista conscripti.
Pauli Apostoll Epistola quatuordecim, scilicet
Ad Romanos vna.
Ad Corinthios, dua.
Ad Galatas vna.
Ad Ephestios, vna.
Ad Philippenses, vna.
Ad Colloßenses vna.
Ad Thessalonicenses dua.
Ad Timothæum duę.
Ad Titum, vna.
Ad Philemonem, vna.
Ad Hebręos, vna.
Petri Apostoli duę.
Ioannis Apostoli tres.
Iacobi Apostoli vna.
Iudæ Apostoli vna.
Apocalypsis deniq; Ioannis Apostoli.
 Omnes quidem libri numero xxvij.

CATALOGVS AVCTORVM,

Et Librorum Apochryphorum per Abecedarium expressus.

A

- A** Bacuc Prophetę Prophetis abscondita.
 Abacuc non Prophetę historia de Daniele Sacerdote.
 Abagari Edessene Ciuitatis Domini Epistola ad Christum.
 Abrabe Apocalypsis.
 Abrahę assumptio.
 Adę reuelatio in sopore.
 Ada penitentia.
 Apellis Euangelium.
 Andree Apostoli vita.
 Africani Opuscula.
 Angelorum Philacteria.
 Appendix secundi libri Paralipomenon.
 Apostolorum Canones quinquaginta.
 Apostolorum actus iuxta Ebionem.
 Apostolorum actus à Leucio Manicheo excogitati.
 Apostolorum actus sub nomine Luca.
 Apostolorum nonnulli canones.
 Apostolorum doctrina.
 Apostolorum Euangelium &c.
 Apostoli magni reuelationes.
 Apostolorum Itinerarium.
 Apostolorum sortes.
 Apostolorum scripta.
 Apostolici certaminis historia.

Apostolorum memoria.

Apostolicus liber.

Arrobij opuscula.

B

B *Arnaba Euangelium.*

Bartholomaei Euangelium.

Basilidis Euangelium.

C

C *Affiani Praebiteri Galliarum omnia opuscula.*

Cham filij Noe scriptura item eiusdem prophetia.

Clementis Epistola prima ad Iacobum fratrem Domini.

Centrimetrum de Christo, a lias pentametrum.

Clementis canones Apostolici.

Clementis Romani recognitionum libri.

Clementis eiusdem recognitionum libri x. posteriores.

Clementis Itinerarium.

Comodiani opuscula.

Cypriani poenitentia.

D

D *Anielis Prophete Somnialia*

Danielis Prophete liber absque titulo, & nomine.

Diateffaron quatuor Euangeliorum.

Diogenis Gigantis liber seu Ogia.

E

E *Cclestastici additamentum.*

Encraticarum Euangelium.

Esaię obitus.

Esdreę liber tertius, & quartus.

Ester Appendix.

Eusebij Pamphili historia.

Euangelium secundum AEgyptios.

Euangelium iuxta duodecim Apostolos.

Euangelia falsata à Luciano.

Euangelia, quę falsauit Hyrcius.

Ezechielis Prophetę liber Oraculorum, & Vaticiniorum.

F

F Austi Manichei Opuscula omnia.
 Faustini Regiensis Galliarū opuscula seu
 Fausti Gallię Regiensis Vrhis Episcopi.
 Frumentici Opuscula, seu
 Frumenti ceci Opuscula.
 Fundamenti Isber.

G

G Alli, & Ioniniani Opuscula.
 Genesis, vel Genealogia de filijs, & filiabus Adę.
 Georgij Passio.

H

H Ebionis, seu Hebionitarum Euangelium.
 Hebręorum, seu tyrorum Euangelium.
 Hedad, & Medad Propheticus liber.
 Helia Thesbitis Prophetę liber cuius titulus est Apocalypsis.
 Henoch qui, & septimus ab Adā liber Propheticus, seu libelli.
 Hermę pastoris liber.
 Hircius Euangeliorum falsator.
 Historia Sancti Martini.

I

I Acob Patriarchę testamentum alias Iob.
 Iacob Patriarchę scala.
 Iacobi Apostoli Fratris Domini secundum carnem Euangelij.
 Iacobi Apostoli. Proto Euangelium.
 Iannes, & Mambres Magi Aegyptij.
 Ieremię Prophetę lamentationum prefatio.
 Iesu Christi de occulta sapientia libri ad Petrum, & Paulum.
 Iesu Christi Domini nostri Natiuitas.
 Iesu Christi Domini nostri Epistola ad Abagarum Toparchā.
 Iesu Christi liber de legali Sacerdotio.
 Iesu Christi Domini nostri infantia &c. vide inferius liber de
 Infantia Saluatoris.

Ioannis Apostoli, & Euangeliste actus.

Iob Appendix.

Ioseph Patriarchę Iacob filij sermo, vel disputatio, seu oratio, aut narratio.

Iouiniani, & Galli Opuscula.

Iudeę Apostoli Euangelium. Vide Thadei Euangelium.

Iudeę Ischariotis Euangelium.

Iulite, & Quirici passio.

Ioannis Apocalypsis.

K

L

L *Astantij Opuscula.*

Lepocius liber, sic nuncupatus.

Leuticij cuiusdam, quem Gelasius Diaboli discipulum appellat. libri omnes.

Liber Canonum Apostolorum.

Liber Iussang, seu Lussang: in nouis codicibus in postillis legitur laus Apostolorum.

Liber Iadalboth.

Liber Apostolicus.

Liber qui appellatur Diogenes Gigantis nomine, seu Ogia.

Liber Physiologus.

Libes Og Regis Basan.

Liber Nepotis.

Lucaę Euangelisę actus erga Paulum, & Teclam.

Liber de Infantia Saluatoris.

M

M *Achabeorum liber tertius, & quartus.*

Beatissime Marię Matris Dei semper Virginis transitus, seu liber de transitu Marię.

Beatissime Marię Deiparę Epistola ad Messanenses.

D. Matthę Apostoli & Euangelisę de ortu, seu de stirpe Marię liber, & eiusdem de Infantia Saluatoris.

S. Matthę Apostoli Euangelium cum suis traditionibus.

Mo.

Mosis ascensio.

Mosis testamentum.

Mosis sermo, seu interloquutio cum Deo in Monte Nebo.

N

N *Azarenorum Euangelium.*

Nicodemi qui, & legis Doctor Iudeorum Euangelium.

Nicolaitarum qui, & Nicolai Antiocheni Sectatores, liber cuius inscriptio est Iadalboth.

O

O *Opuscula Africani.*

Opuscula Montani, priscille, et Maximi.

Opuscula alterius Clementis Alexandrini.

Opuscula Pictaviensis Victoris.

Origenis penitentia.

Opuscula posthumani, & Galli.

Opuscula Arnobij.

P

P *Assiones Apostolorum.*

Pauli Apostoli Euangelium.

Pauli Apostoli Apocalypsis, siue raptus.

Pauli Apostoli actus.

Pauli Apostoli, & Tecla actus.

Pauli Apostoli Epistola ad Senecam, & Senecae ad Paulum.

Pauli Apostoli Epistole tres.

Pastor Hermas.

Pentametrum Iesu Christi.

Petri Apostoli Euangelium.

Petri Apostoli predicatio.

Petri Apostoli doctrina.

Petri Apostoli Apocalypsis, seu reuellatio.

Petri Apostoli Iudicium.

Petri Vinerarium sub nomine Clementis editum.

Petri Apostoli Peregrinationes.

Petri Apostoli disputatio contra Appionem.

Philacteria Angelorum.

Philippi Apostoli Euangelium, & actus.

Pilati acta.

Prefatio ad threnos.

Psalterij Appendix autarium.

Prouerbiorum liber.

Q ²*Virici, seu Cyrici, & Iulitæ passio.*
Quinti Septimij, seu Aphricani opuscula.

R

R*egum liber.*
Reuelationes Sancti Ioannis Euangelistæ.

S

S*alomonis Clauicula.*

Salomonis Contradictio.

Salomonis liber de Vmbris Idearum.

Seth filij Adam libri septem cum alijs septem adiunctis.

Sophonij Prophetæ assumptio.

Stephani Prothomartiris Apocalypsis.

T

T*arsij Opuscula alias Tary.*

Tatiani Syri Euangelium.

Teclæ actus.

Thesaurus liber.

Thomæ Apostoli Euangelium.

Thomæ Apostoli actiones.

Thomæ Apostoli Itinerarium, siue circuitiones.

Thomæ Apostoli Apocalypsis.

Thomæ Apostoli ad Clementem Epistola.

Thobis Iunioris liber Excantationum, & Magicarum quarundam imaginum.

Tychonij Opuscula.

V

V Erborum Domini liber .
Victorini Pictaviensis opuscula.

Vita Sancti Brandani .

Vita Sanctorum Patrum .

Z

Z Acharigæ Precursoris parentis liber sub nomine Assumptio-
 nis &c.

A V T H O R V M

Et Librorum Apochryphorum origo
 causæ, explicationes .

A

A Bacuc Prophetæ, qui inter minores Prophetas octauus con-
 numeratur liber cuius inscriptio est Prophetia abscondita
 ex Epiphanio in vita Abacuc, & Athanasio in Synopsi Apo-
 chrypha omnino redditur .

*Abacuc non illius, cuius iam, iam meminimus; sed alterius, qui
 ex tributeui, filius Iuda extitit, historia de Daniele Sacerdote
 Apochrypha .*

*Abrabæ Apocalypsis ne dum apochrypha, sed heresi quam pluri-
 ma referta: tanquam, à Sethianis hereticis adinuenta: iuxta
 Epiphanium in primo Panarij omnino proscribitur .*

*Abrabæ Assumptio. liber Apochryphus scribit Athanasius in
 Synopsi. Origenes homilia xxxv. In Lucam assumit testimo-
 nium de scriptura quadam Abrabæ Apochrypha: in qua legi-
 tur disceptatio inter bonos, & malos Angelos de salute, &
 interitu Abrabæ .*

de reuelatio in sopore apochrypha. Epiphanius in primo Paua-

rij

ij testatur Gnosticos hereticos omnium primos hunc librum excogitasse.

Abagari Epistolam ad Iesum Christum Dominum nostrum transmissam inter apochrypha non connumerarem: nisi Sixti Senensis testimonium libro secundo, suę bibliothecę Sanctę In dictione; Iesu Christi respondentis &c. ad hoc non impelleret. Quippe qui eo loco huiusmodi verba scribit: *Vtramq; Epistolam, nempe Abagari ad Iesum, & Iesu ad Abagerum in illa distinctione xv. Gelasius in apochryphis numerat. Verum in illa distinctione nulla Abagari ad Iesum conspicitur: sed Iesu ad Abagarum dum taxat. Sed inferius in litera l. hoc diligentissime expendetur. Interea parum sustinendum est, ne sit defectus codicum: ut in aliquo legatur: in altero nihil.*

Ade reuelatio in sopore, apochrypha. Epiphanius in primo panarij testatur, Gnosticos hereticos omnium primos hunc librum excogitasse.

Ade penitentia liber à Manicheis hereticis confictus, à Gelasio Pontifice distinctione xv. cum alijs apochryphis damnatus. Apellis Euangelium sub nomine Matthię magnus Albertus in probemio Euangelij Sancti Luca inter apochryphas scripturas reijcit.

Africani opuscula idem Pontifex eadem distinctione reprobat. Andreę Apostoli acta apochrypha, & damnata à Gelasio conspiciuntur.

Innocentius in Epistola decretali ad Exuperium à Nexocharide, & Leonide Philosophis ementita esse, scribit. De his est testimonium Philastrij in heresum Catalogo capite xlvij. dicentis à Manicheis huiusmodi originem habere: verba eius sunt hæc *Habet Manichei apochrypha Beati Andreę Apostoli idest actus quos fecit, veniens de ponto in Greciam quos conscripserunt tunc Discipuli sequentes Apostolum. Fidem his quoque adhibet Diuus Augustinus in libro de fide contra Manicheos; Nimirum à Leucino Manichæo quasdam Andreę*

duæ actiones litteris mandatas esse: in quibus de Andrea Apostolo, & Maximilla Aegæ uxore multa deliramenta, & ridicula discurrit &c.

Confirmatur hæc omnia ab Eusebio libro tertio Ecclesiasticæ historiae capite xxij. ubi, à tribus arguit Manichæorum adinuenta esse singula: nempe à scriptis veterum, à diuersitate stili, & à sensu. In primis à veterum scriptis, qui Apostolis successerunt: in eis quidem nusquam prorsus aliqua mentio habetur, nec de beati Andree, nec de aliorum Apostolorum actibus. Secundo à diuersitate stili, nam in illis stilus multum ab Ecclesiastica consuetudine deprehenditur esse diuersus. Tertio à sensu quippe, qui cum omnibus, quæ his inseruntur: ab Apostolica fide longe distant. Quare concludit, omnia hæreticorum esse figmenta, & calumnias, & vere sic est.

Angelorum phylacteria. Vide phylacteria Angelorum.

Appendicæ libri secundi paralipomenon, ideo apochryphæ adnotatam esse vides: quia cum orationem Manasse Regis Hierosolimorum dum captiuus esset in Babilone, contineat: quæ quidem, quum nec in Hebraicis, nec in Græcis exemplaribus reperiatur: apochrypha certe vndequaquæ redditur. Accedit etiam, quod hæc tribuitur Ozai Propheta. Tadem dubium est quinimo incertum est illam esse, quæ in appendice supponitur: & si dum esset in Babilone: orasset ad Dominum.

Apostolorum canones quinquaginta, à Sancto Clemente conscripti quorum primus est, Episcopus à duobus, vel tribus Episcopis ordinetur; ab Isidoro in præfatione conciliorum inter apochrypha reponuntur. Verum Leopapa nonus contra Epistolam Niceti Abbatis inter Orthodoxæ fidei monumenta, amplectitur. Verum id Paulo inferius exactius expendetur in litera C.

Apostolorum canones aliqui apochryphi tamquam ab hæreticis confecti reprobantur à Gelasio in decretis distinctione xv. & ab Isidoro distinctione xvi. in decretis.

Apostolorum actus à Leucio Manicheo excogitatos refellit Diuus Augu-

Augustinus in libro de fide contra Manicheos, ut iam iam
tetigimus.

Apostolorum actus iuxta Ebionem ne dum apocryphi reputantur: sed tanquam erroribus, impietatibusque repletos recenset Epiphanius inter Ebionitarum scripta libro primo contra hereses &c.

Apostolorum actus sub nomine lucę presbiter quidam Asianus Pauli Apostoli studiosus quamplurimis fabulis plenos confinxit. Quem Sanctus Hieronymus de viris Illustribus libro iij. fraude conuictum tangit. Sed iterum redibit sermo inferius in litera I.

Apostolorum Doctrina tanquam apocrypha ab Athanasio in Synopsi & ab Eusebio libro tertio Historia Scholasticę Capite xxxv. reprobatur.

Apostolorum Euangelium, seu Euangelium iuxta duodecim Apostolos Hieronymus libro tertio contra Pelagianos scribit idem esse quod Nazarenorū, siue Hebręorū. Sed, et ab origine homilia prima, in Lucā inter apocrypha quoq; rejicitur.

Quod & Sanctus Ambrosius confirmat in probemiū S. Lucę. Apostoli magni reuelationes librum hunc Gaius Origenis discipulus in Dialogo disputationum suarum ne dum apocryphum reputat, sed impium: tanquam à Cecinthe heretico confictum, quam plurimis impietatibus aduersus fidem repletus.

Apostolorum itinerarium veluti apocryphum in quinta actio-
ne secundi Concilij Niceni reprobatur.

Apostolorum sortes apocryphę condemnantur. In decretis, à
Gelasio distinctio xv. & causa xxxv. i. questione septima
Capitulo non obseruetis.

Apostolorum scripta à Concilio Bracarensi canone decimosеп-
timo reprobantur: veluti à Diſtinio heretico conficta.

Apostolici certaminis historia decem libris comecta sub nomine
Abdię ne dum apocrypha, sed ut fide indigna à Paulo Quar-
to condemnata fuit sub alio nomine circumfertur huiusmodi
historia

*historia nimirum Apostolorum duodecim vita .
Apostolorum memoria liber , quia Priscianistis Hereticis fuit
multum domesticus , & intimus : Ex Orofio in Epistola ad
Sanctum Augustinum tanquam apochryphum rejicitur mul-
tis erroribus conspersum .*

*Apostolicus liber vide in litera L. liber Apostolicus .
Arnobij opuscula . Vide in littera O. opuscula Arnobij .*

B

B *Arnaba Euangelium ex Gelasio distinctione XV. in decretis
apochryphum declaratur; cur autem Barnaba tribuerunt
suum scripsisse Euangelium? inter alias causas remur, id po-
tuisse fieri , Quia in eius corporis inuentione supra pectus
eius repertum est Euangelium ipsius Barnaba manu propria
Hebraicè conscriptum. Quò factum est, ut Barnabas author
eius, & putaretur, & crederetur . At vero quamuis id sit ve-
rissimum, nihilo se eius tamen Euangelij illius non fuit Bar-
nabas author: Sed Mattheus Apostolus, & Euangelista; Erat
quodam Euangelium secundum Mattheum quò ipse Barna-
bas usus est in prädicatione, & conuersione gentium; nihil igitur
obstat manu Barnaba fuisse conscriptum . Confirmant
hæc omnia quæ legit Ecclesia in eius vita . Sane verba sunt,
quæ sequuntur . Eius sacrum corpus, ipso reuelante, sub Ze-
none Imperatore repertum est in Insula Cypri, ad cuius pe-
ctus erat Euangelium Matthei Hebraicum Ipsius Barnaba
manu conscriptum . Hoc Euangelium Matthei transtulisse
Barnabam de Hebreo in Græcum: & prædicasse Græcis, &
Italis; Præsertim Mediolanensibus: quorum primus fuit Epi-
scopus, certum est. Lege Clementem Romanum Pontificem in
primo recognitionum suarum libro; Dorotheum Tyri Episco-
pum in sua Synopsi , & de inuentione suarum reliquiarum
in Cypro sub arbore Ceratea, cum Matthei Euangelio
sub pectore, etc. lege Theodorum Collectaneorum lectorem li-
bro secundo ; quod autem sub eius nomine aliud percurrit
Euangelium: Iam (ut dictum est) à Gelasio Pontifice inter*

Scripturas apochryphas connumeratum est distinctione XV.
 Baritholomeus Apostolus, qui Indis fortunatis Euangelium secundum Mattheum predicauit, eisque illud tradidit carabris hebraicis expressum: fertur, & suum quoque confessisse. Quod tamen à Gelasio locis precitatis nedum ut Apochryphum reprobatur, quinimò ab illo Cauendum, summo opere, precipitur: sub nomine illius circumfertur.

Basilidis Euangelium ex Diuo Ambrosio In primum Lucas Caput Apochryphum proclamatur: non nisi quia ab Heretico Confectum.

C

Cassiani Præsbyteri Galliarum omnia opuscula ex decreto Gelasii Papæ distinctione præcitata reprobantur.

Cham filij Noha scriptura ne dum apochrypha, sed Impietate plena arte necromantica undiq; scatens: omnino reijcitur, & damnatur, A Cicco Asculano huiusmodi scriptura citatur in suo commentario in spheram. Sane non creditur Cham fuisse huius scripturæ author: sed ut aliquam auctoritatem haberet ab Impijs confecta est scriptura: & sub illius nomine euulgata. Nec aliquid officit, quod ab Abbate Sereno scribitur apud Cassianum octaua collatione capite xxi. Id etiam astruens nulla suffultus ratione, & auctoritate, sed, & minus credendum est Petro Comestori, qui in historia Scholastica scribit: Cham filium Noha illum esse, quem Zoroastrem antiqui nuncuparunt. Reclamant historia, & ratio ipsa conuincit: Zoroastrem scilicet Bactrianorum Regem extitisse, peritissimū Astrologia, & Magiæ. Qui eadē etate floruit, qua Ninus Assyriorum Rex: à quo post multa prælia vario euentu commissa: tandem debellatus esse traditur, & occisus. Hunc Plinius libro septimo suæ historiæ naturalis Capite xvi. omnium mortalium unum eodem quo natus est die, risisse: fertur scribit cerebrumq; ei adeo palpitasse dicitur, ut impostam manum expelleret: futura præsgio scientiæ si quidem magicas artes prius inuenisse creditur. Lege Plinium libro xxx. capite primo.

Eius.

*Eiusdem quoque Cham filij Nohe Prophetia apochrypha reddi-
tur quoniam ex ea, ut Clemens sexto Stromatum testatur
Isidorus Basiliadis discipulus ad cōfirmanda sua falsa dogma-
ta testimonia usurpauit.*

*Centimetrum de Christo alia litera habet pentametrum Iesu
Christi, In vno gratiani codice scribitur Centimetrum: in
altero pentametrum. liber quidem est, & opus versibus com-
positum sit an Centimetorem, vel pentamentrum: à metro
deriuatur: quod est mensura. Est enim metrum connexio que-
dam, & ordinatio pedum ad delectationem aurium adin-
uenta. Idcirco à Gelasso declaratur apochryphū: quia Virgi-
lianis versibus compaginatus est. Miscere Christum cum
Virgilio, & Virgilium cum Christo, quę conuentio est lucis
ad tenebras? & tenebre ad lucem?*

*Clementis Epistola prima ad Iacobum fratrem Domini, à Io-
anne è Turrecremata S. R. E. Cardinale libro secundo sup-
summe Ecclesie capite CX. apochrypha reputatur omnino cũ
obstet tempus in quo scripsit. Quippe quum huiusmodi Epi-
stola post mortem Petri conscripta fuerit; Et Eusebio teste in
Chronicis Iacobus Frater Domini, à Iudeis lapidatus fuerit,
& Interfectus decem fere annis ante obitum Petri: tantum
abest, ut hac Epistola fuerit Clementis. Quare, ut dubia, &
anceps, & non sua estimatur. Igitur apochrypha.*

*Clementis Canones Apostolici cum alij ab Hereticis sint confecti:
à Gelasso Papa in decretis distinctione XV. omnino reproba-
tur. Verū enim uero, illi, qui sub numero lxxxiv. seu lxxxv.
coadunantur, auctoritatem indubitata[m] habent, & sunt Ca-
nonici: ex Athanasio eos inter agiographa reponente, ex Io-
anne Damasceno libro quarto orthodoxe fidei eos in canone
diuinarum scripturarum enumerante: Ex Bartholomeo Ca-
ranza Mirandensi nobili Theologo in calce sui prologi ad
summam Conciliorum Tandem ex diuisione sextę synodi
canone secundo, ubi lxxiv. recipiuntur, & approbantur. Hu-
iusmodi quoque opinionem sequitur Sistus Senensis libro se-*

eundo suę bibliotheca Sanctę in dictione Clemētis. Quapropter, ut resoluta remaneat huiusmodi veritas, quum Isidorus quinquaginta solum meminerit: Zepherinus sexaginta iuxta Senensem, & caranzam; quinquaginta iuxta Leonem ix. Papam contra Epistolam Niceti Abbatis.

Nihilominus eius tamē propter auctoritatem sextę Synodi, quę maxime preponderat, tamquam à Patribus decisum, solum lxxxiv. seu lxxxv. existunt Canonici. cur autem annumerantur lxxxv. quum re vera sint lxxxiv. causa est, quod duodecimus canon latinus, in codice gręco est in duos diuisus Ad notandum interea duximus, quę temporis intercapedo fuerit inter Zepherinum Papam, Leonem Nonum, & Synodos; sic enim magis elucescet veritas. Scito igitur, Zepherinum quingentis annis priorem fuisse quinta Synodo: quum sexaginta tantum canones admiserit, vel quinquaginta iuxta alios. Sed Leo nonus trecentis, & quinquaginta fere annis fuit posterior sexta Synodo. Ad tollendam igitur ambiguitatē omnem quę circa numerum, & auctoritatem canonum Apostolorum oriri potest ex opinionum varietate; dicendum est cum Gratiano illos Canones esse solum Apocryphos, qui à Pseudo Apostolis conficti sunt: qui autem à veris sunt conscripti, & ab Ecclesia approbati non sunt apocryphi sed certi. Hi vero erunt quos orthodoxi patres amplectuntur: & Oecumenica concilia promulgarunt.

Clementis Romani recognitionum libri decem priores veluti ab Eunomio hæretico pluribus in locis conspurcati hæresibus cernuntur; Atque Catholice fidei maxime repugnant: tamquam apocryphi omnino reijciuntur. Vide Ruffinum in Apologia Origenis.

Eiusdem Clementis recognitionum libri alij decem posteriores ad Iacobum Fratrem Domini ex multiplici capite apocryphi ostenduntur: nimirum ex plerisque fictis, incertis fabulosis, & quę fidei dogmatibus aduersantur. vide Iacobum de Voragine Archiepiscopum Genuensem in vita Clementis in
serta

ferta in Sanctorum legenda ; Et Siltum Senensem libro secundo suę bibliothecę Sanctę .

Clementis itinerarium ex Gelasio Pontifice distinctione xv. inter libros reprobatos ab Ecclesia reponitur . Qua de re ex Athanasio in synopsi, & Leone Papa in Epistola contra Nicetem cum scriptis apochryphis connumeratur, causa est quia ab Hereticis maculatam est: ut solent .

Comodiani opuscula à Gelasio locis ut supra tāquam apochrypha condemnantur: non nisi quia ab Hereticis effecta esse estimantur .

Cipriani penitentia de Sancto Cypriano Antiochenę Episcopo, & Martire aliqua posset esse suspitio quod fecerit penitentia: Nam de Afro Carthaginense Episcopo, & Martire atq; Doctore cognomento Cecilio nihil tale suspicari potest ; vide ipsius vitam, à ponsio eius Diacono conscriptam, & eadem ab alijs editam. Vide in operibus eiusdem Cypriani Iulietia Parisiorum editis 1633. sub signo Navis. Porro Gregorius Nanzianzenus, qui Antiocheni vitam exaravit in illa enarrat, Antiochenum ante conuersionem ardentissime Sanctam Iustinam Virginem, & Martyrem adamasse, & quamuis viribus omnibus procurasset medijsq; multis prece, pretio muneribus varijs in suo posse ea habere conaretur, nihilq; proficeret artem magicam exercuisse ad hoc implendum scribitur, cum autem Demones nihil efficere potuerint ; nec tantillum à Sancto Virginitatis proposito eam dimouere : Relicto gentilitatis errore, ad fidem conuersus est: Et Episcopus Sanctus tandem pro fide Martirij palmam gloriose adeptus est . Hanc ob causam putant aliqui penitentiam egisse . Verum quum id sit incertum, & nescitur à quo libellus ille sit compositus, & multa falsa ibidem cum veris commixta cernantur, à Gelasio Pontifice inter Apochrypha scripta est reiectus .

D

Danielis Prophetę Somnialia; idest ars interpretandi somnia interdicitum certe ab Ecclesia in decretis Pontificijs causa vigesima sexta, questione septima, capitulo ne obseruatis. liber Apochryphus. Quoniam nunquam talia somniauit Daniel. Sed ut authoritatem haberēt somniorum interpretationes; Danieli Prophetę tamquam authori libri illius: tribuit somniorum interpretator.

Eiusdem Danielis Prophetę liber absque titulo, & nomine. Eo magis apochryphus estimatur talis liber: quia caret titulo, & nomine reprobatur cum alijs apochryphis ab Athanasio in synopi.

Diateſaron quatuor Euangeliorū; idest vnum ex quatuor confectum: authenticum esset si à Tatiano illius authore non auulsa essent, ac mutilata omnia qua ad Geneologias, & alia pertinentia ad Christum Dominum ostendentia, natum esse ex Dauid secundum carnem. Quapropter à Theodoro Cyrenensi Episcopo libro primo fabularum hereticarum inter illas fabulas reijcitur &c. Sed in Tatiani Euangelio iterum redibit sermo: & parum infra Diogenis Gigantis liber. Vide sub litera L.

E

Ecclēstastici addittamentum, quod est quędam Salomonis pars orationis, ab ipso facta in dedicatione templi ut patet tertij Regum Capite viii. apochryphum reputatur. Nam etsi sit pars orationis Salomonis, qua authentica deberet esse; nihilo secius tamen ab ignoto authore inconsulto, cum sit à suo toto auulsa; & post Eccleſtastici librum immediate affixa absq; autoritate aliqua: factum est ut apochrypha omnino sit estimata. Non enim conuenit à libris canonicis aliqua excipere, & in vnum coadunare separatim; ac si esset ab illis extranea, & quamuis cum suo toto, quod certe est canonicum. Congruat: Nihilominus tamen quum sine occasione, absque
necef-

necessitate, & temere id factum fuerit reclamantibus Hebraicis, & Grecis exemplaribus sequitur necessario ut inter apochrypha reiecta sit oratio illa.

En craticarum Euangelium, ex quatuor Euangelij collectum, auctor eius Tatianus Syrus fuit ex Epiphanio libro primo heresum; Heresi xlvi. apochryphum reputatur. vide Theodoretum libro primo Hereticarum fabularum.

Esaię obitus à Populo suo crudeliter in partes difectus liber ex origene super caput xiii. Sancti Matthei apochryphus omnino reditur.

Esdra liber tertius, & quartus Apochryphi reputantur primo quod tertius apud Hebreos non habetur; licet apud Græcos conspiciatur. Quartus autem nec apud Hebreos, nec Græcos reperitur. Ideoq; uterq; apochryphus proscribitur. Deinde quia Diuus Hieronymus ambos inter apochrypha reijcit: partim ob Authoris obscuritatem, partim quoque quia auctoritas incerta, tum insuper quia eis utuntur Hæretici. Vnde contra Vigilantium insurgit, per quàm maxime, cum librum quemdam Esdrę apochryphum citasset, qui est quartus: in confirmationem suarum heresum; presertim de oratione.

Sed dices Ecclesiam Catholicam venerari hunc quartum librum dum singulis annis, feria tertia Pentecostes in sacro sanctę Introitu missę incipit ab illis verbis quarti libri capitis secundi. Accipite Iucunditatem glorię vestre gratias agentes Deo: qui vos ad celestia Regna vocauit, & illa alia verbaque cantari solent in solemnitatibus Martyrum: modo coronantur, & accipiunt palmam. Respondetur quod Ecclesia confirmare videtur non quartum librum Esdrę in uniuersum: Sed verba huiusmodi prærecitata dum taxat; Porro autem Patres utrumque librum, tam tertium, quàm quartum inter apochryphos reijciunt; sed maxime quartum propter aliqua dogmata fidei catholice aduersantia. Primum est in quarto capite nimirum, quod anime Sanctorum nõ intrabunt in Cælum nisi post iudicium: qua modo vsque ad illud tem-

pus

pus detinebuntur in Inferno, quam quidem sententiam prosequitur capite quinto nimirum, quod in retributione eterna felicitatis priorum animarum velocitas nouissimorum tarditatem non praeueniet: sed omnes simul, & eodem tempore expectatam beatitudinem consequentur. Sed huiusmodi placitum in Concilio Florentino reprobatur. Rursus Capite 6. ridicula, & blasphemias de duobus magnis animalibus à Deo creatis, Henoch scilicet, & leuiatan enarrat cap. 14. mendacia de fine mundi manifestat, & ut dictum est haereses de oratione suscitatur in fauorem vigilantij.

Quapropter, ut apocryphus omnino condemnatur.

Sed dices Diuum Ambrosium Quartum librum commendare videtur, ut esse Esdra arbitratur: libro de bono mortis, & secundo in Lucam commentario, & rursus in Epistola ad Florentianum xxi. quartum esse legendum scribit. Verum huic difficultati, & alijs, quae circa huiusmodi materiam suboriri possunt; fieri satis arbitramur; dicendo: duos fuisse Esdras unus qui, & primum Esdrae scripsit, et secundum qui, et Nebemia, alter, qui tertium, & quartum sub nomine Esdrae conscripsit. Huic sententiae nonnulli Patres se subscribunt, & valde rationabiliter. Quandoquidem author primi, & secundi libri capite vii. primi libri scribit se progenitum esse ex Aaron per quindecim generationes Author tertij, & quarti in libri initio se descendisse ab Aaron per xix. generationes fatetur, si Author primi, & secundi ait per xv. generationes descendisse ab Aaron quomodo verum erit per xix. ut scribitur in initio tertij esset quidem manifesta contradictio. Non itaque idem Esdra fuit author primi secundi, tertij, & quarti: sed alius, & alius idcirco primus, & secundus Esdrae libri canonici reputantur, & authentici: tertius, & quartus apocryphi.

Est & alia responsio, quod in quarto plura scribuntur, quae à primo sunt deprompta: & repetere tot, & tanta absque necessitate non est conueniens. Sanè in primo sufficientissime rescripta

cernuntur, ad quid ergo repetere in quarto? unde Iyranus inquit, quod hic liber quartus videtur magis ab alio, nescitur, quo Doctore scriptus, & ex pluribus collectus. Aduertendum tamen est hoc in loco, tertium librum Esdræ quem nos latini tanquam apochryphum reijcimus: Græci in suo canone reponunt: & primum inter alios Esdræ libros collocant: & nos primum, & secundum quos distinctos statuimus Græci unumque; in unum connectunt: & secundum Esdræ faciunt.

Ester appendix apochrypha Diuus Hieronymus in præfatione libro *Ester* multa ei temere, vel inconsultò addita fuisse, & inserta testatur: Sed extranea non propria, quæ quidem ipse Hieronymus à plerisque *Ester* locis auellit, & detruncat. Vnde, & apochrypha pronuntiat. Quæ certè plerique sequuntur. Hugo Cardinalis, Nicolaus de Lyra, Dionysius Carthusianus, & alij posteriores non ignobiles Doctores manifestè sentiunt illas partes non esse canonicas. Sed hodie Concilium Tridentinum *Ester* cum omnibus suis partibus tanquam Sacrum, & Diuinum recipiendum definiuit.

Eusebij Pamphili historia apochrypha declaratur à Gelasio distinctiōne prærecitata. Sed sibi ipsi contradicere videtur Gelasius dum in initio *Chronicon* *Eusebij* de temporibus laudat: postmodum vero veluti apochrypham reijcit. Rhenanus dicit verba illa postrema, (nimirum *Eusebij Pamphili* historia, apochrypham: non esse Gelasij, sed nesciens, à quo adiecta, nisi ab Asino quopiam. Hoc certe scribit propter contradictionem. Verum hoc dictum vehementer reprehenditur à Melchiore Cano libro xi. capite vi. de humana historia auctoritate tanquam insolenter, rustice, & imprudenter dictum, sed quidquod ipsemet Melchior ibidem scribit, Gelasium Pontificem historiam illam non reiecisse, quantum animi sui coniectura colligere potest.

Ceterum ad sedandam huiusmodi controuersiam est sciendum in initio suæ digressionis Gelasium sic censuisse de historia *Eusebij Pamphili*. *Chronicon* *Eusebij* *Cæsariensis*, atque eius-

dem historia Ecclesiastica libros: quamuis in principio narrationis sua tepuerit, & in laudibus, atque excusatione Origenis Schismatici unum conscripserit librum: propter rerum tamen singularem notitiam, vsque quaque non dicimus reuendos. Postmodum vero sic iudicat. Eusebij Pampbili historia apochrypha. Has sententias Cano arbitratur non sibi ipsis aduersari; quinimo inquit ambas esse verissimas; et nimis quã grauitè, ac seuerè latas. Verũ alij dicunt ambas non esse contrarias; non rigorosa quidẽ propria, & absoluta contrarietate sed cõmuni, non propria, & conditionata cõtrarietate liquidẽ aiunt, in prima sententia conditionate loquitur Gelasius: in secunda absolute. In prima conditionate, quippe qui reiecta Eusebij tepiditate reiectisque laudibus, & excusatione Origenis quas in sui fauorem emittit unum librum conscribendo, qui est sextus in sua historia annexus (quam certe historiam libro illo deturpat) singularem tamen rerum notitiam alios Eusebij libros decernit vsque quaque non reuendos. Postmodum vero absolute reuuit, & ut Apochrypham promulgauit cum quod Origenem excusat, et defendit; non excusandum, & defendendum: sed reprehendendum, & prohibendum Quippe extollit schismaticum vsque ad sydera; ac si pater esset Ecclesiæ singularis, tum quoque, quia plura apochrypha ibi refert nimirum Epistolam Domini Iesu ad Abagarum: quæ apochrypha declarata est ab eodem Pontifice tali decreto distinctione xv. Deinde, quod multa ibidem Clementis Alexandrini testimonio approbat: quum tamen eius opuscula similiter locis prærecitatis tamquam apochrypha refutata fuerint. Sed quod magis officit, est; quod in actione quinta, & sexta sexta synodi fuit, & Eusebij persona, & ipsius libri condemnati: quinimò ab illa sexta Synodo Arianus declaratus est. Prærecitata confirmat Sanctus Hieronimus ad Pammachium, & Oceanum sic scribens. Ecclesiasticam pulchræ Eusebius historiam tessuit: sed impretatis Arii apertissimus propugnator est. Lege huius Epistolam ad Tesifontem cuius initium est
 schedulę,

Schedula, &c. sed à cani responso non recedendum iudico.
Euangelium Secundum Aegyptios apochrypham. Iulius Cas-
sianus, & alij Valentini Hæretici iuxta Clementem Ale-
xandrinum in tertio Stromatum ex hoc libro in suorum dog-
matum confirmationem testimonia aliquod adducant. Sa-
belliani in super ex hoc Euangelio iuxta Epiphanium libro
secundo Panarij eandem esse personam Patris, & Filij, &
Spiritus Sancti astuere coronati sunt. Quod quum sit peruer-
tum, & non catholicum: hæreticum omnino reputandum est;
ne dum apochryphum.

Euangelium iuxta duodecim Apostolos, seu Euangelium Aposto-
lorum inter apochrypha rejicitur ab Origene humilia prima
in Lucam Sanctus Hieronymus libro tertio aduersus Pela-
gianos scribit: Euangelium secundum Apostolos ideum esse quod
Nazarenum, siue Hebræorum Euangelium &c. De hoc su-
pra mentionem fecimus, in primis sub titulo; Apostolorum
Euangelium: nunc sub titulo duodecim Apostolorum; quoniã
sub alterutro à titulari potest verum Euangelium iuxta
duodecim Apostolos à discipulis Manichei Perse confectum esse
remur. Qui cum esset duodecim, duodecim Apostolorum nomina
sibi usurpauere ad decipiendum scilicet simplices Catholicos.
Euangelia falsata à Luciano, apochrypha declarantur à Gela-
sio Pontifice, tamquam ab Hæretico cõspurcata distinctione xv.
Eedẽ ratione Euangelia, quæ falsauit Hyrcius, seu Hyrcius apo-
chrypha ab eodem Gelasio distinctione prædicta proclamantur.
Ezechielis Prophetæ oracula, & vaticinia, seu liber oracu-
lorum, & vaticiniorum ex Athanasio in synopsis apochry-
phus manifestatur. Vide Iosephum libro decimo capite
quinto antiquitarum; qui fatetur duos tales fuisse conscriptos
ab Ezechiele: sed nulla vaticinia, aut oracula authentica
existunt: nisi quæ in sua prophetia leguntur Canonica.

F

F *Austi Manichei omnia opuscula tamquam apochrypha re-*
probantur. Vir iste pessimus, & demens, ascitis sibi aliqui-

H 2 bus

bus socijs quos, veluti discipulos apud se habebat se spiritum Sanctū Paraclitū vocabat: quum eius discipuli sic crediderūt, & prædicabant. Vnde, et omnia sua opera titulo Spiritus Sæcti paracliti prenotarunt. Ex Epiphaniolibro secundo aduersus hæreses hæc excerpta sunt, & deprompta, veluti præstantiora. Quorum etiam meminit Sistus Senensis libro secundo sua bibliotheca Sanctæ sub nomine spiritus paracliti: Euangeliorum liber vnus: mysteriorum libri duo, et viginti iuxta numerum, & ordinem literarum Syriacarum. Thesauri magni liber vnus. Thesauri parui liber vnus. Summarum liber vnus. Item liber de fide, & Epistola quedam, & alia.

Faustini Regiensis Galliarum, seu fausti Gallia Regiensis Vr-
bis Episcopi, opuscula omnia apochrypha ex Gelasio locis præ-
recitatis. Tintus fuit pelegiana hæresi &c.

Fruментici opuscula; siue frumenti ceci opuscula, à Gelasio
etiam apochrypha proclamantur.

Fundamenti liber, seu liber, qui dicitur fundamentum, à Gela-
sio; Papa locis prærecitatis inter apochryphos connumeratur.
Qui liber fuerit iste, non est nobis notum. Furasse esse potest;
librum hunc Epistolam quandam Manichei ad Ecclesiam
fidelium transmissum, quæ dicitur fundamenti: cuius initium
est Manicheus Apostolus Iesu Christi (mentitur, sed Aposto-
lus Diaboli) prouidentia Dei patris &c. Hanc fundamenti
Epistolam confutat Sanctus Augustinus tomo sexto. Huius
etiam meminit Sistus Senensis libro secundo suæ bibliothecæ
Sanctæ sub litera S. Dictione spiritus paraclitus. Ceterum
perquirat alij: ne forte sit liber ille, qui dicitur liber fudamēti
Ecclesiæ Salomonis characteribus in lingua arabica expressus
per manus D. Chtesiphontis, & Cecilij discipulorū Iacobi:
sed inter apochryphos connumeratur ex eruditissimo P. Graui-
na libro quarto præscriptionū Catholicarū de verbo Dei scrip-
to.

G

Galli, & Iouiniani opuscula à Gelasio Summo Pontifice lo-
cis, supra recitatis inter apochrypha reijciuntur quemad-
modum,

modum, & alia consimilia. Verum sub litera I. iterum redibit sermo.

Genesis, vel Genealogia de filijs, & filiabus Adę à Gelasio locis supracitatis cum apochryphis connumeratur. Quoniam manifeste pugnat cum Genesis, vel genealogia filiorum, & filiarum Adę in sacris Blijs relata: capitibus quarto, & quinto.

Sancti Georgij passio tanquam multa falsa, & incompata continens: simili quoque modo à Sancta Ecclesie supremo Iudice, ut apochrypha reprobata est. Quandoquidem ab Hæreticis conscriptam fuisse, nulli dubium esse debet.

H

Hebionis, seu Hebionitarum Euangelium idem est, quod secundum Mattheum iuxta Hebręos, sed dicitur Hebionitarum, quia ab Hebionitis hæreticis conspurcatum cerenitur mutilatione adulterio, additione, & similibus, quam plurimis. Vide Epiphanium libro primo aduersus hæreses in Panario, & Ireneum lib. tertio cap. xxi. Ideo apochryphū omnino, & penitus estimatur.

Hebręorū, seu Syrorū Euāgeliū quod, et Nazarenorū, quia Nazareni illo utebantur: apochryphū arbitramur, quia ab Ecclesia non est receptum. Quamuis ab aliquibus Sanctis Patribus non nulla ex illis desumpta, fuisse, legimus, & alijs Euāgelijs addita. Sed, & Diuus Hieronymus super caput xxxij. Matthei citat Euāgelium Nazarenorum inuestigans, quis fuerit, ille Zacharias filius Barachie, qui fuit occisus inter templum, & altare. Et post multas opiniones quas refert, illi se copulat; quæ vult illum fuisse Zacchariam, qui à Ioade Rege Iuda interfectus est inter Templum, & Altare, ut Regum narrat historia, & post aliquas explicationes concludit in Euāgelio quo utuntur Nazareni, pro filio Barachie filiū Ioade reperimus scriptum. Quare confirmare videtur Matthei Euāgelium Euāgelio Nazarenorum. sed dicendum est Euāgelium quo Nazareni utebantur, sua primæua etate purum,

purum, & incontaminatum persecusse postmodum vero ab Hereticis, alicubi detruncatum; alicubi erroribus auctum, & haresi conspurcatum repertum esse, Vide Baronium tomo primo anno xl i. num. cxx. quapropter patres illi, qui inter authenticas scripturas, illud reponunt de vero, & incontaminato intelligunt. Ideoque Gelastus cum apochryphis scripturis corruptum connumerat.

Heldad et Medad, qui & secundum Hieronymum sunt Ephraim, & Ialon; Propheticus liber ex Athanasio in Synopsi apochryphus demonstratur: nescitur enim quis author eius fuerit. Sed quum ex huius libro Hermas in suo libro pastoris lib. i. capite secundo suum deprompsit testimonium, qui liber quum à Gelasio apochryphus proscribatur: fit ut liber etiam Heldad, & Medad veluti apochryphus rejiciatur. De Heldad, et Medad fit mentio numerorum capite xi. qui fuerunt Hebrei prophetantes cum alijs in populo.

Henoch qui, & septimus ab Adam liber propheticus, seu libelli prophetici omnes apochryphi proclamantur ex Hieronymo in Catalogo scriptorum Ecclesie: & in commentarijs Epistola ad Titum, & quamvis citetur, à Iuda Apostolo: cuius Epistola est authentica, & ab Ecclesia recepta; ob quod eximi deberet, à numero apochryphorum: nihilominus tamen Apostolum non probare totum librum Henoch inquit Hieronymus, sed testimonium dumtaxat de iudicio extremo: nec aliquid officit, quod non deessent in sacris libris innumera testimonia, quæ ab Apostolo adduci poterant in confirmationem suorum dictorum: quod illud attulerit de libro apochrypho Enoch sic ab innumeris scriptoribus estimato. Nam, & Apostolus Paulus (ut Hieronymus obseruauit) non ex apochryphis solum, sed de libris gentilium tria testimonia afferit in suorum dictorum confirmationem. Vnum Arati poeta in initio phænomenorum, aliud ex Menandri Comedia: tertium integrum ex libro Oraculorum Epimenidis. Primū est: ipse enim, & genus sumus (idest Dei) secundum, corrumpunt bonos

bonos mores colloquia mala. Tertium Cretenses semper mendaces, male Bestie, ventres pigri &c. primum citatur a Diuino Apostolorum xvij. secundum prime ad Corinthios cap. xv. Tertium ad Titum capite primo, quem locum vide in Diuino Hieronymum, & in Epistola ad magnum &c. Quadere Apostolus sicuti non ad confirmandum gentilium libros, testimonia iila adduxit, sed ad conuincendum eos de erroribus suis, proprijs usus est testimoniis: ita ut Iudas Apostolus ad conuincendum eos, qui impie viuebant minatus iram Dei: testimonium illud adduxit de iudicio in libro Enoch citato; quoniam fortasse temporibus illis libro illo utebantur peruersi illi homines. Non ergo videtur librum illum approbasse: cum comprobauerit testimonium illud de extremo iudicio. Nec aliquid obstat, Tertulianum talem librum Henoc approbasse in libro de habitu mulierum: quia alij patres grauissimi reclamant; nam preter Hieronymum, Origenes homilia xxviij. in numeros tanquam apochryphum reijcit: Quia nec apud Hebræos est receptus. Sanctus Augustinus libro xv. de Ciuitate Dei capite xxij. similiter reijcit: Gelasius damnat. Igitur talis liber Propheticus, seu alij similes inter apochryphos connumerandi sunt omnino.

Helia Thesbitis Prophetæ liber; titulo prenotatus Apocalypsis, vel ascentio, aut assumptio, aut secreta Helie (Apocalypsis dicitur, à Hieronymo, ab Origene secreta) apochryphus ex Athanasio in Synopsi declaratur, vide Origenem tractatu xxxv. in Mattheum Sanctum Hieronymum in capite lxv. Isaie.

Hermæ Pastoris liber, ex Gelasio apochryphus redditur tanquam scriptum fidei dubie. Et quamuis priscis Patribus antiquo tempore usus fuerit: nihilominus tamen ab authoritate paulatim cecidit.

Hircius Euangeliorum falsator. Vide Euangelia, que falsauit Hircius.

Historia Sancti Martini Turonensis Episcopi, quo ad illam partem

partem, ubi scribitur: *Beatum Martinum dedisse eleemosinam Diabolo informam pauperis ei apparenti, apochrypha omnino à Nobis reputatur falsa. Quandoquidem in eius vita à Seuero sulphitio conscripta nihil tale; conspicitur; sed Pauperi sibi obuianti nudo, & ferme frigore argenti: ab illo elemosinam ob Christi amorem efflagitanti, Ambiani, chlamidis partem misericorditer tribuisse. Cui sequenti nocte Christus Dominus dimidia veste indutus apparens; hanc emisit vocem. Martinus Cathecumenus hac me veste contextit; Quod quidem confirmatum habemus ab Ecclesia Catholica, quæ in suæ Festivitatæ die in Matutinis hæc legi quotannis solet. Qui cum nihil haberet (idest Martinus) præter, arma, & vestimentum; quo tegebatnr; Ambiani pauperi, ac nudo ab eo petenti, ut Christi nomine sibi elemosinam tribueret: partem chlamidis dedit. Cui sequenti nocte Christus dimidia illa veste indutus apparuit; hanc mittens vocem: Martinus Cathecumenus hac me iuste contextit: sed quomodo hæc duo simul coherere possunt; Diabolum charitatis perpetuum hostem & mouere velle ad charitatis officia Sanctum Martinum? sed mirandum nobis est; cur ab aliquibus religiosis hæc abscondita manent; ut in eorum Cenobijs, & Monasterijs ne dum picturis exprimunt: sed marmore exculpunt, et manifestant non sine eruditorum hominum scandalo?*

I

Iacob Patriarchæ testamentum, à Gelasio distinctione xv. inter apochryphos rejicitur. Alij dicunt, Iob testamentum: sed utrumq; confutatur, tanquam ab Hæreticis consecutum. Vide Origenem in xv. Iosue, & Procopium Gazeum super Genesis capite xxxviii.

Iacob Patriarchæ scala, de qua fit mētio Genesis 28. liber Ebionitis hæreticis familiaris: ex Epiphanio I. panarij apochryphus proscribitur. Sed à Gelasio interdicitur locis supracitatis. Iacobi Apostoli fratris Domini secundum Carnem Euangelij, quod aliqui secundum Hæbreos prænotant; quum ab Ecclesia

recep-

receptum minimè fuerit: apochryphum iudicatur. Sanè quatuor sunt recepta Matthæi Marci, Luce, & Ioannis.

Iacobi Apostoli minoris Protouangelion cum multa ambigua fidei contineat; quinimo absurdissima in lucem emissa seculo superiori ab Hereticis ne dum apochryphum, sed perniciosissimum iudicatur. Initium sic se habet.

In historijs duodecim tribus Israhel erat Ioachim Dives valde, & offerebat Deo dupla munera, &c.

Iannes, & membres Magi Aegyptij librum confecerunt Magicarum artium repletum: Quibus, cum Moysè decertarunt in Egypto: liber quidem Apochryphus ex Gelasio, ut habetur in decreto, distinctione xv. Inuixus authoritati, et iudicio Diui Ambrosij. Qui in expositione illius secunda ad Timotheum capite tertio, quemadmodum Iannes, & Mambres restiterunt Moysi: Ita, & hi resistunt veritati, &c. Ita dicit, Exemplum hoc est de Apochryphis.

Iannes, & Mambres fratres, erant Magi vel Venefici Aegyptiorum Quod si dixeris Apostolum confirmare librum illum dum ex illo eam citans propositionem: facit librum canonicum. Respondetur, quod solam illam propositionem corroborare cernitur, non totum librum: uti diximus de locis ab Apostolo citatis à gentilibus excerptis.

Ieremiæ Prophetæ liber, Apochryphus; quo iuxta Diuum Hieronymum super XXVij. caput Matthæi vsi sunt Nazareni. Sanctus Mattheus Euangelista ab hoc libro deprompsit secundum Origenem, vaticinium illud: Appenderunt mercedem triginta argenteis.

Eiusdem in super Ieremiæ Prophetæ lamentationum prefatiuncula apochrypha estimatur: tanquam ab incerto auctore addita: vide in litera prefatio.

Iesè Christi domini nostri natiuitas; hoc est liber de Natiuitate Saluatoris, & de Sancta Maria, vel de Obstetricè Saluatoris apochryphus ex Gelasio distinctione xv. &c.

Iesu Christi Domini nostri de occulta sapientia idest Magia

libri ad Petrum, & Paulum Apostolos: ex eo coniectantur Apocryphi, quod nunquam alicui scripsisse perhibetur, nec libros composuisse. Deinde Paulus Apostolus ad fidem conuersus fuit post Domini ascensionem: Quomodo igitur libros composuisse dicetur; & misisse ad Paulum? Et qui venerat ad debellandas omnes diaboli nequitias, qua nam ratione arte magica usus fuisset? deliramenta, & imposture sunt omnia huiusmodi.

Iesu Christi Domini nostri Epistola responsua ad Abagarum Toparcam sanari cupientem ab infirmitate Incurabili lepræ Apocrypha ex Gelasio declaratur, Hęc quidem sola, non cum illa Abagari: nam Gelasius nullam talem nominat Ratio est, ut arbitramur, Christum Dominum nulli literas misisse, nec in sacris literis testamenti noui id inuenitur: nec alicubi esse suspicatur. Solummodo pro liberatione adultera impauuentotempli lapideo inclinans se scripsit, ut Ioannis, capite viii. scribitur. Inclinas se digito scribebat in terra. Confirmatur id quoque ex eodem Ioannis Euangelio, sed Capite xi. ubi legitur Martham, & Mariam misisse ad dominum Nunciam de Lazari infirmitate, nulla facta mentione, quod scripsisset; sed quod misissent: nunciantes. quod frater earum agrotaret: ut dignaretur venire, & illum ab egritudine liberare. Et nunciauerunt: ecce quem amas infirmatur, &c. Iesus erat absens trans Iordanem: Lazarus infirmabatur Bethania. Certum itaque est Dominum Iesum nemini literas misisse: Et quoad Abagarum nihil obstat; ipsum ad Iesum scripsisse: sed obstat, Iesum ad Abagarum per literas respondisse, hoc quidem, à Gelasio declaratum est Apocrypham: illud autem minime. Quo circa adnotandum est; quod factio Concilio, à Iudeis aduersus Iesum quem occidendum decreuerunt: abijt Ipse Iesus in Ciuitatem paruam qua vocabatur Effrem: ubi morabatur cum discipulis suis. Vnde Abagarus tunc misit litras Domino infirmitatem suam insnuans. Iesus autem vultus sui effigiem in sudario quem impresserit misit

misit Abagaro, ut tætus illus sudarij infirmitatem suam sanare potuisset . De huiusmodi re Sanctissimus Præceptor tertio sententiarum distinctione ix, questione prima, articulo tertio, questione secunda ad tertium, testimonium perhibet . Innixus quidem auctoritati Ioannis Damasceni ; Qui libro quarto de fide oribodoxa capite xvij. de huiusmodi imagine Abagaro anxie poposcenti, & à Domino transmissa, aperte mentionem facit . Sed, & ab Euagrio, Libro quarto sup Eccllesiasticę historię scribitur id comprobante : nimirum quod persa Edessam Urbem expugnantes, & flammaram incendio afficientes: sacre huius imaginis potentia, & virtute miraculose defensam, & liberam fuisse . Verum, & id confirmat quinta actio Concilij secundi Niceni, quod autem subinde senensis concludit; Gelasium distinctione xv. utramque Epistolam inter apochryphas scripturas connumerare ; nullibi apparet: nec in aliquo codicum id legitur ; sed tantūmodo de Iesu Epistola tãgitur; et hæc apochrypha (ut par est) declaratur .

Iesu Christi liber de legali Sacerdotio, Quemadmodū de Christo Domino nullibi legitur, scripsisse Epistolas nullasue literas alicui misisse: ita, & nullos libros composuisse credendum est . Quod si alicubi locorum Diuina scripturę reperies epistola Christi, liber Dci, & consimilia: secundum mysticam significationem intelligenda veniunt, & metaphoricam Quapropter Iesu Christi sacerdotium, seu liber Iesu Christi de legali Sacerdotio ex vna parte ob hanc causam apochryphus redditur ; ex alia parte quum sit incerto authore græce conscriptus in lexico suide repertus, inter apochryphas scripturas connumeratur, quinimo, à Paulo Papa Quarto, cum damnatis voluminibus reprobatur .

Iesu Christi Domini nostri infantia . Vide in litera L. liber de infantio Saluatoris .

Ioannis Apostoli, & Euangelistę actus . Liber Apochryphus est sunt commẽta manicheorum . Reprobatur ab Innocentio Papa, & postmodum à Gelasio destinatione xv. cum alijs consimilibus

milibus. Encrantite pre manibus hunc. Librum semper habebant, dileucio heretico conscriptū alij putant: idcirco, cum alijs damnatis libris connumerari debent eiusdem quoque Apostoli, & Euāgeliste transitus Beatę Marię sēper Virginis dicūt, sed trāsitus ex voragine apochryphus omnino redditur. Sed Inferius in litera M plura de huiusmodi re dicemus

Lob Appendix. libri Lob appendix, quę eius, & amicorum suorum genealogiam continet tanquam apochrypha, à patribus reijcitur. Quippe, quę nes apud Hebręos nec latinos habetur. Porrò autem apud Grecos reperitur, quam in magna estimatione tenent: maxime Origenes Chrysostomus, Iulianus Seuerus Euagrius, & Olympiodorus: Qui, etiam scholijs, & annotationibus eam illustrarunt. Ceterum, ut verum fateamur; magna suspicio est: aliquem ex grecis eam editioni septuaginta interpretum adiecisse. Qui cum gręca scripserint: gręcam adiecerunt genealogiam. Ac propterea nec in canone Hebręorum recepta est: nec latinorum. Vnde Hieronymus in quęstionibus super Genesim, huiusmodi appendicem, & quarumcumq; aliã additionē ad Lob: Apochryphã, & incertam atq; à veritate alienam proclamat, ubi etiã improbat opinionē astruentium Lob esse de stirpe Esau. Vide Sistum Senesem in appendice libri Lob, libro primo bibliothecę Sanctę. Ioseph Patriarchę Iacob filij sermo: vet. disputatio, seu Oratio, aut narratio: apochrypha ex Athanasio in Sinopsi declaratur Origeni, & sequacibus suis mirum in modum familiaris fuit.

Iouiani, & Galli opuscula Idem quod Galli, & Iouiniani opuscula solent Nebulones homines ad sua legenda male facta tergiuersari modo huc, modo illuc, nunc librorum titulos mutando nunc propria authorum nomina vertendo idcirco, & nos quamuis Galli, & Iouiniani opuscula citauerimus primo; nunc autem Ioueniani, & Galli econuerso: Hoc ideo fecimus; ut detegatur in scripturis suis Impiorum hominum malitia: qui occultare quęrunt quandoque titulos aliquando
sua

sua propria nomina . Verum tamen quomodolibet fuerit ex Gelasio distinctione xv. apochrypha proscribuntur . Hoc autem in Consimilibus aduertendum est .

*Iudæ Ischariotis Euangelium , ab Hæreticis Cayanis maxime veneratum, & fortassis ab ipsis et confictum, sed mendacijs undique plenum, & impietatibus scatens . Ex Epiphanio libro primo Panarij, & Theodoro libro primo hereticarum fabularum , Et Ireneo libro primo capite xv. apochryphum declaratur penitus . Ceterum hoc in loco id annotatione dignum censemus ; tales scilicet Hereticos miris laudibus Iudam Prodorem extollere : eo quod Christum Dominum Iudæis tradiderit; nisi enim tradidisset (inquiunt) non esset mortuus : & si mortuus non esset , nec peccatum sua morte deletum : Igitur nec genus humanum redemptum : quod per Christi mortem redimendum erat . Itaque Iudam saluum tenent, quod Christum tradidisset : quia fuit causa salutis humane . Verum homines isti peruersi per quam maxime errant . Cæci sunt, & Duces cecorum . Reclamant Diuine scripturæ, & in primis Ioannis xix. ubi legitur, Iesum respondisse Pilato : qui me tradidit tibi Maius peccatum habet . De Iuda quidē sermo est : qui mortalissime peccauit tradendo Christum . Amplius Matthei xxvi. Marci xiv. & lucæ xxij. omnes una simul Iudam esse damnatum, innuunt verba diuina citantes ; nimirum melius erat ei si natus non fuisset homo ille : non nisi propter damnationem . Quandoquidem si in matris utero mortuus fuisset ; peccati originalis Pena dumtaxat punitus fuisset nuus autem tormentorum multitudine varietateque obruitur, atque suprimitur, Quoniam Iudæ peccatum ex tribus agruari cernitur . Ex amicitia quidem ex familiaritate, & ex beneficijs . Totum autem id ab Apostolorum Principe confirmari cernitur actuum capitæ primo ; Dum tractans de electione alterius Apostoli in locum Iudæ de pessimo proditoris sine hac predicauit Viri fratres oportet impleri scripturam quam prædixit spiritus Sanctus per os David de Iuda
qui*

qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Iesum, qui connumeratus erat in nobis: & sortitus est sortem ministerij huius. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis: & suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius, & notum factum est omnibus habitantibus Hierusalem: Ita, ut appellaretur ager ille lingua eorum Acheldemach, hoc est ager Sanguinis. Scriptum est enim in libro psal-morum. Fiat commoratio eorum (alia littera habet commem-oratio eorum) deserta; & non sit qui inhabitet in ea; & Epi-scopatum eius accipiet alter. Et paulo inferius. Et orantes di-xerunt. Tu Domine, qui corda nostri omnium, ostende quem elegeris ex his duobus unum accipere locum ministerij huius & Apostolatus de quo prauaricatus est Iudas, ut abiret in locum suum, Quis itaque ex his iam non videt pessimum Iudæ finem; iudicium manifestissimum sua perpetua damna-tionis. Tantum igitur abest, ut scelestissimus iste inter omnes fulestos sit in perpetua gloria: ut deducunt. Caiani. Hæretici. Porro autem, si quis percontaretur num Iudas, si Christum Dominum non tradidisset, & Iudei non crucifixissent: redi-mebatur genus humanum? Respondetur, absque dubio fuisset redemptum: quia tali data hypothesis suffecisset Christi bona voluntas patiendi.

Iulita, & Quirici passio. Quoniam, vel ab Hæreticis composita sit, vel à quopiam alio edita plena mendacijs iure optimo à supremo Iudice reprobata est, ut apocbrypha distinctione xv. alij sub nomine Quirici Eijrici dicunt.

Ioannis Apocalipsis sub alio nomine, à Cherinto heretico præ-scribitur nimirum Apostoli magni reuelationes. Verumta-men sit quomodolibet, idem esse reputatur; Quod, & Apostoli magni reuelationes. Qua propter idem reprobatur omnino. Vide Apostoli magni reuelationes sub littera A.

Iudæ Apostoli Euangelium. Vide Thadei Apostoli Euangelium.

L

Lactantiy opuscula: nō illius, qui cognomēto firmianus appellatus est, & nomine proprio L. Calius: qui sequuta oratione dicitur Lutus Celius. Lactantius firmianus; sed alterius nobis ignoti: apochrypha Cūta à Gelasio locis prærecitatis proclamātar. Sed de firmiano lege Sanctum Hieronymum in Cathalogo virorum illustrium: ubi sua enarrat opuscula cum multa sui laude.

Lepotius, liber sic nuncupatus. Forſitan ab Authore, sed nobis incognito Apochryphus tamen, à Gelasio præſcribitur.

Leuticy, seu leucy alias lenty, quem Gelasius discipulum diaboli appellat libri omnes ab eodem Gelasio veluti apochryphi reprobantur ex seſta Manicheorum prodyt.

Liber Canonum Apostolorum de hisce vide in literis A. & C.

Liber Iussane, seu potius Iussane in nouis codicibus, in postillis legitur laus Apostolorum Apochryphus, à Gelasio distinctione xv. cum alijs apochryphis connumeratur; de quo Origenes mentionem facit.

Liber Ialdaboth. nomen certè abstrusum, & nobis obſoletum, à Gelasio tanquam apochryphus omnino reijcitur. Ex Nicolaitis hereticis, qui, & Nicolai Antiocheni seſtatores fuere emanasse suspicio est magna; quinimo certissima, & inferius iterum dicemus.

Liber Apostolicus apochryphus ex eo perpenditur quia Marcionem Hereticum illum edidisse, certum est, mutilatione, & adulteratione authoritatum Doctoris Gentium. Vide Epiphanium libro primo contra hæreses: ex quo nec dum apochryphus sed impius declaratur.

Liber qui appellatur Diogenes, gigantis nomine: vel liber Ogias seu rectius liber Og Regis Basan. Qui quidem primus pugnaſſe cum Dracone post diluuium perhibetur liber haud dubie nedum apochryphus cernitur: sed à Gelasio distinctione xv. inter damnatas reijcitur scripturas. De og. Rege Basan, sur, cum Dracone post diluuium primum fuisse, qui pugnaſſet,

set, dicunt; non nisi certe, quia erat gigas mirę magnitudinis iuxta Hebręos. Verum huic opinioni aduersatur Abulensis primi Poralipomenō capite primo: autumās lōgitudinem eius non fuisse maiorem longitudine duorum hominum medicrium; vel duorum Hominum, & dimidium: & proportionaliter in latitudine Porro lectulus eius ferreus erat, nouem cubitos habens in longitudine, & quatuor in latitudine: sed mensuram cubiti virilis. Verum si longitudo corporis Og. Basan Regis erat ad mensuram duorum hominum, & dimidium; opus erat, ut lectus eius excederet in longitudine plusquam tredecim cubitis hominis virilis: & proportionaliter in latitudine, septem.

Liber phisilogus sic à materia nuncupatus, est namque Phisilogus rerum natura pēscrutator, à phisio logia quę est rerum nature inquisitio: seu de rei cuiusuis natura disceptatio, Auctōr itaque ipseus libri, quum multas impietates, & mendacia intermisceat lūre à Gelasio inter Apochryphos connumeratur libros. Quare ab Hereticis conscriptum esse, & falso sub Beati Ambrosii nomine præsignatum catholicis manifestum est.

Liber nepotis cuiuscunque sit ille, manifestum est inter apochrypha scripta connumerari: & à Gelasio locis præcitatatis interdici.

Lucę Euangelistę actus erga Paulum, & Teclam, liber iste dubio procul apochryphus est ne Dicamus fictitium, & fabulosum, ex Tertulliano Quippe qui horum actuum authorem fuisse, scribit præbiterum quendam Asianum Pauli Apostoli studiosum, etiam ex Sixto. Sed huius quoque meminist Sanctus Hieronymus in Catalogo sub nomine Luca.

Liber de infantia Saluatoris, à Gelasio relatus, & inter apochryphas scripturas connumeratus; tanquam multis nenys, nugacitatibus ridiculis: sōnyis: & mēdacys, fabulis repletus, quę maxime repugnāt sapiētia Filij Dei: & aduersatur Sacris Euangelijs, omnino rejicitur. Aliqua educeamus exēpla,

non

non omnia: nam impietatibus undique scatent Capite lxxv. scribitur, Dominum Iesum puerum cum alijs pueris ad spatiandum, euntem; & supra summitatem muri de ambulauit: cum Vnus eorum ceciderit, & mortuus esset: illum resuscitasse Iesum. Deinde capite lxxvi. quod Christus puer missus fuerit ad Gymnasium: ut litteras disceret, & capite lxxvij. quod secunda vice missus, etiam fuerit ad scholas, ad alium præceptorem cui nomen Socrates, &c. capite lxxvij. etate annorum quinque in societate aliorum puerorum ad recreationem iens solis radium per fenestram cuiusdam palatij intrantem, saliebat; quod alij pueri idem facere volentes cadebant in terra, & fractis capitibus, vnus eorum mortuus est: quem resuscitauit Puer Iesus. Capite lxxxi. scribitur Puerum Iesum, cum alijs Pueris ad hauriendam aquam euntē, rupisse vas suū aqua plenū: qua in sua clamide reposuit, quod cū alij Pueri idē fecissent tristes, & plorantes reuersi sunt in domos suas. Amplius Capite Clxx. habetur, quod duodecim volucrum genera fecisset in Die Sabbati ex luto Et multa alia deliramenta configunt; quæ quidem cuncta Sapientiæ Christi repugnant Qui quum esset Sapientia Patris, Quomodo in eo tot leuitates esse potuerunt? sane scribitur lucæ capite secundo, quod Puer crescebat, & Confortabatur plenus sapientia, & gratia Dei erat in illo; & in calce capitis scribitur. Et Iesus proficiebat Sapientia, & etate, & gratia apud Deum, & Homines.

Subinde, quod non iuerit ad scholas, ut discere posset: Ipsimet Iudei fidem faciunt, cum Ioannis, capite septimo inter se dicebant: quomodo Hic literas scit, quum non didicerit? ceterum quod fecerit duodecim annuum generationes, repugnant ponitus primo, & secundo capiti geneleos ubi Diuina scriptura commemorat Quinta Die Deum creasse volucres omnium generum, ut nihil deesset quoniam perfecta sunt opera Dei: Deinde eo loco in fine capitis legitur; quod vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona.

Rursus in initio secundi capituli scribitur, igitur perfecti sunt Celi, & terra, & omnis ornatus eorum. Compleuitque Deus die septimo opus suum quod fecerat, & requieuit die septimo ab omni opere quod patrarat, &c. Et benedixit diei septimo, & Sanctificauit illum; quia in ipso cessauerat ab omni opere suo, quod Creauit Deus, ut faceret. Impositura hæreticorum sunt huiusmodi valentinorum scilicet, & Gnosticorum ad labefactandam diuinam scripturam.

Tandem quod omnia illa miracula que In libro Infantis Saluatoris recensentur sint falsa: constat ex secundo Capite Euangelij Ioannis ubi primum mirandum à Salvatore factum fuisse scribitur: Conuersionem aquæ in uinum. Vnde scribit Ioannes; hoc fecit initium signorum Iesus in Chana Galilea: ergo ante hoc nullum est factum.

M

M Achabeorum liber tertius Apochryphus renunciatus est, cū quod apud Hebræos non habetur, etiā quia que in ipso scribuntur, sub Antiocho magno acciderunt. Ac propterea quinquaginta ferme annis contigerunt ante Machabeorum historiam Amplius, que in tertio libro facta leguntur Prius hisce que in primo, & secundo Machabeorum libris narrantur patrata sunt.

Machabeorum uero liber quartus apochryphus ab Athanasio in sua Synopsi declaratus est. Apud Hebræos non est authenticus quemadmodum, & tertius: sed utrumque esse Iosephi æstimatur. Tertium certè in libro contra Appionem; quartum uero tangi libro antiquitatum xiiij.

Beatissime Mariæ semper Virginis Matris Dei transitus seu liber de transitu Mariæ ex Gelasio apochryphus declaratur. Hic animaduertere conuenit, librum de transitu Mariæ circumferri in inscriptione, & titulo Ioannis Euangeliste sic scribit Iacobus de Voragine in sexto Assumptionis eius. Alij, ut Tritemius Melitoni Sardensi Episcopo tribuit; Gelasius uero absque nomine, & titulo nude hunc librum reijcit,

icit, Dicens: liber de transitu Beatae Mariae Apochripus.
 Porro autem, nos salua fide, & autoritate Ecclesie dicemus
 mortuam esse sepultam; & post triduum feliciter resurre-
 xisse, et gloriosam conscendisse in Celestibus: ut conformaretur
 Mater filio. Quandoquidem Christus filius eius mor-
 tuus est ergo, & mater eius mortua est Christus sepultus fuit
 igitur, & eius mater: Christus denique tertia Die trium-
 phans à mortuis resurrexit: Ergo, & Mater eius tertia Die
 felicissima resurrexit.

Quod autem ad sepellendum eam Apostoli de diuersis mundi
 partibus miraculose conuenerint: scribunt grauissimi, &
 Catholici authores. Sanctus Ioannes Demascenus de dormi-
 tione beatę Virginis. Metaphrastes de vita, & obitu De-
 pare: Nicephorus Calistus libro secundo Capite xxi libro
 xv. capite xiv. & alij quam plures Et quamuis, à diuo Au-
 gustino Sermone xxxv. de Sanctis, huius libri inscriptio, ti-
 tulus, narratio, & autoritas penitus rejiciatur: nihilomi-
 nus tamen ab huiusmodi sententia manifeste dissentire cer-
 nitur in libello de assumptione Marię qui sub eius nomine
 inter scripta noui tomi computatur.

Citat quidem hunc librum Sanctus Doctor tertia parte que-
 stione xxvij articulo primo in corpore, quem confirmat es-
 se Sancti Augustini dum rationabiliter ratiocinatur cum
 corpore assumptam fuisse in Celum capite vi Ex quo San-
 ctissimus preceptor valide argumentatur ad Sanctitatem
 Virginis probandum 3. p. q. 27. art. 1. At verò post mortem
 in manus Dei Sanctam tradidit animam cum Diuina
 Gloria (inquit Damascenus) & post triduum vnita anima
 corpori, cum corpore omnes Celos transcendens; ad Summum
 Celorum venit: Vbi, cum Christo gaudet in aeternum; pecca-
 torum causas perennis aduocata apud filium agens.

Eiusdem Beatissime Virginis Summi Dei genetricis epistola
 ad Messanenses transmissa: à Baronio apochripa estima-
 tur: Verum, cum eius antiquissima sit traditio ob quod Edi-

culam construxerunt Messanenses in huius rei memoriam, antiquissima pictura picturata (ut ex relatione habemus) ubi inspicitur Messanentium legatio ad Beatissimam Virginem: ut in sui protectione ciuitatem assumere dignaretur. Responsum Epistola eos consolata est, & in sui tutelam deinceps perpetuo accepit; præscute Paulo Apostolo, illam nuntijs Messanensibus præbens Cum itaque huiusmodi traditio ad hæc usque nostra tempora iugiter perseueret, & cum maxima deuotione celebretur: tantum abest ut apochrypha reputetur, nisi uelimus apochryphum pro dubio. Quandoquidem etiam apud nos dubium semper fuit quia non Manifestum.

Sa: circumfertur Epistola eius, & latine traducta, & vulgari etiam Idiomate uersa, ab originali Hebreo deprompta; quam nos in octauo libro tertij tomi de terræ stabilitate, & Cali, ac solis mobilitate attulimus: ibique nullam repugnantiam suboriri ostendimus, à beatissima scilicet Virgine ad Messanenses transmissam fuisse.

Porrò autem, si Messanensibus obieceris; scèritiam prorsus esse quum non reperiatur: respondent, utique reperi, nimirum in loco templi occulto conseruatam, & optime custoditam: ne à principe uel ab aliqua potentia surripi potuisset; Et quam uis id ab hominum conspectu euanescere, putetur, ueniet tamen tempus, in quod apparebit in maiori scilicet Ciuitatis inaignentia; sic permittente Beatissima Virgine.

Ceterum si dicatur, quod nullam Epistolam misisse alicui beatissimam Virginem comperitur: pace eorum id fari nequit: quum extent Diui Ignatij epistolę ad beatam Virginem, & eiusdem Virginis responsiue literę ad Sanctum Ignatium: quas esse apochryphas inficiari nullus rectè poterit: quum à Beato Bernardo sermone septimo psalmi noni, cuius auctoritas multum multis præponderat. Hunc sequuntur pleriq; nimirum M. Michael Carnotensis in tractatu de uiris illustribus. Carthusianus in unam de diuinis nominibus Senensis

nensis in verbo Ignatij Petrus Canisus, & alij quamplures. Sed de hac re vllum determinatum fero iudicium.

*D. Matthæi Apostoli & Euangelistæ de ortu, seu de stirpe Mariæ liber? & eiusdem aliter de infantia Saluatoris, ambo apochryphi ex Gelasio; ab Hereticis Valentinis, & Gnosticis conficti: ac proinde falso Euangelistæ attributi. Siquidem in illis contenta, & inclusa tanquã fabulæ, et figmentã ab Epiphanio primo panarij improbata sunt sed & Heresi xxxvi. scribit Idem Epiphanius à Gnosticis confectum esse librum de stirpe Mariæ, & ab Ireneo libro primo contra Valentini-
norum hæreses. Similiter quæ ad illorum confirmationem Heretici adduxerunt: Prefationes scilicet (Chromatij, & Heliodori Episcoporum ad Sanctum Hieronimum, & Hieronymi quas ad eos affixerunt: cuncta quidem sunt mendacia, & falsitates.*

Sancti Matthæi Apostoli Euangelium cum suis traditionibus apochryphum ex Origene homilia prima in Lucam pronunciatur, & à Beato Ambrosio inprobemium luce. Quippe qui à Canonicis Euangelij illud excludat sed, & Clemens libro secundo Stromatum illas citat: & Marcioni atque Basilidi Hereticis in septimo libro reijciens, suas comprobasse Hæreses ex illarum autoritate, scribit. Verum ex Eusebio habemus libro tertio sue historiae scholasticæ capite xxv. Matthæi Euangelium ab Hereticis confictum esse.

Mosis ascentio; & testamentum Mosis ex Athanasio in Synopsi inter apochrypha connumerantur scripta. Eiusdem insuper parua Genesis ita à Georgio Cedrenio liber citatus apochryphus à Sacra Tridentina Synodo damnatus est: sub nomine flosculorum Biblie. Sunt, & alij libri Moyse attributi apochryphi, à Sectianis Hereticis compositi iuxta Epiphanium primo Panarij, &c

Mosis sermo, seu, cum deo interlocutio in Monte Hebo ubi mortuus est apochryphus omnino à nobis proscribitur (quãuis à nemine ad hucusque id sit animaduersum) sanè describitur

bitur huiusmodi sermo, seu interlocutio, à Philone Iudeo antiquitatum biblicarum libro interprete in certo auctore introducit Deum Moysi sic alloquentem. Nullus autem Angelorum: vel hominum sciet sepulchrum tuum, in quo incipies sepeliri: Donec visitem seculum Et excitabo te, & patres tuos de terra AEgypti; in qua dormietis, & venietis simul. Et habitabitis in habitationem immortalem. quæ non tenetur in tempore. Cælum autem hoc erit in conspectu meo tanquam nebula currens, & tamquam Dies transiens externus. Et erit, cum à propinquauerit visitare orbem: lubebo annis, & præcipiam temporibus, & breuiabuntur, & accelerabuntur astra, & festinabit lumen soli in occasum, & non permanebit lumen long quando festinabo excitare vos dormientes; ut quem ostendi tibi locum Sanctificationis: in eo habitent omnes qui possunt viuere. Et dixit Moyses, si ad huc potero petere Domine à te iuxta multitudinẽ misericordiam tuam non indigneris mihi, & ostende mihi quanta quantitas temporis transiit, & quanta remansit. Et dixit ad eum: istic mel apex magnus momenti plenitudo Ciati gutum, & omnia compleuit tempus. Quatuor enim semis transierunt: & duo semis supersunt. Et audiens Moyses repletus est sensu, & mutata est effigies eius in gloria, & mortuus est in gloria secundum os Domini: & sepelliuit eum. Iuxta quod promiserat ei.

Hec scribit philo de Moysè quæ omnia ferme sunt apochrypha vel falsa si quidem quod inquit Philo in primis introducens Deum dicentem Moysi, quod nullus Angelorum, & Hominum sciet sepulchrum eius: repugnat ei quod scribitur deuteronomij postremo capite: ubi dicitur: & non cognouit homo sepulchrum eius usque in præsentem Diem: Nulla facta mentione de Angelis Ergo ne dum apochrypha scribit philo, sed falsa, sacræ scripturæ contraria dum hæc Moysi sepulchrum à Cognitione hominum dum taxat eximit: Phyllo autem ab Angelorum, & hominum Deinde quod à Domino Mundi

Mūdi finē scire Moyses petit; i sacris literis nullibi reperitur praesertim Deuteronomij postremo capite. Tādē quod Dominus finē mundi manifestauerit sub illis verbis, istic mel apex magnus momenti plenitudo, & Ciati gutum: & omnia compleuit tempus, & quod quatuor semis transferunt, & due semis superflunt: & quod moyses audiens repletus est sensus omnia quidem sunt apochrypha quinimo (ut dictum est) falsa: quum nullum tale ibi legatur.

N

N *Azarenorum Euangelium non semel sed, bis, & pluries reperimus; Quia sub multiplici nomine usurpari cernitur, nimirum sub nomine Apostolorum seu duodecim Apostolorum Syrorum, & Hebræorum. Sane priscis temporibus erat multum in estimatione apud priscos Patres: maxime tēpore Sācti Hieronymi, et à Venerab. Beda inter Ecclesiastica scripta reponēdū censetur Verūtā quā ab Hæreticis postmodū in multis corruptum fuerit, vel subtrahēdo vel addendo; & quidem ab Hebionitis, & Encraticis factum est: ut talium quoque Hæreticorum nomen sortitum fuerit, nimirum Euangelium Encraticorum Euangelium Hebionitarum; ac propterea veluti apochryphum reiectum est penitus. Sed, & si Vitiosum nunquā fuisset; nihil osecius, quia non autbenticum (nō enim ab Ecclesia inter canonicas scripturas receptum est) à Gelasio apochryphum declaratum est.*

Nicodemi Euangelium, Nicodemus, qui, ut legis Doctor Iudeorum, occultus Christi Discipulus Euangelium scripsisse fama est de passione, & resurrectione Domini Verum eiusdem causis quibus, & alia similia reiecta sunt, & illud quoque à Gelasio reicitur inter apochrypha.

Nicolaita à Nicolao Antiocheno Apostolico Diacono Deriuantes librum cui nomen Iadaboth. inscribere, tanquam plenum multis Demoniorum superstitionibus, ne dum ab Epiphanio libro primo Panarj haresi xxv. veluti apochryphus reicitur

reijcitur: sed à Gelasto locis prærecitatis inter damnatas scripturas proclamatur. Continet enim innumera nomina abstrusa non nisi immundorum spirituum, tanquam principantium, & dominantium in unoquoque Cælo habitant.

Memini me vidisse Abbatis Tritemij opusculum in quo de præsidentibus Angelis mentionem facit in singulis planetis, & in uno quoque Zodiaci signo. Exprimens singula eorum nomina ac dictione. Saturni Cælo præsidere scribit Angelum cui nomen Zaffriel, Ioui Zadchiel, Marti Chamael. Soli Raphael. Veneri Haniel. Mercurio Michael. Iung vero Gabriel. Deinde singula Zodiaci signa percurrens, singulis sibi Principem constituens: Eorum nomina sic exprimit. Arieti, quod est primum signum præest Malthidiel Princeps Chaor Orientalis potestatis, Tauro Asmode Princeps Pontreon. Meridionalis potestatis. Geminis Gerambriel Princeps Gefor, Occidentalis. Potestatis. Cancro Momiel Princeps Bethzar. Septentrionalis potestatis. Leoni Verchiel Princeps Coronæ. Orientalis potestatis Virgini vero Hamael Princeps Meridionalis potestatis. Libræ Zaniel Princeps Erbeor Meridionalis potestatis Scorpioni Barchiel Princeps Zethnocharoth. Aquilonaris potestatis. Sagittario Adnabiel Princeps Hormi Orientalis potestatis. Capricorno Hanael Princeps Haim australis potestatis. Aquario Gabiel Princeps Capheth Occidentalis potestatis. Piscibus denique Banchiel præsidet. Princeps Elisan Borealis potestatis.

Verum enim vero quid veritatis prærecitata contineant, inquirendum est. Quod Cæli moueantur, nulli dubium est.

Nam, qui negat; aut cæcus est, aut amens, aus Asinus vera philosophia ab intelligentijs moueri fatetur. Ex sacris literis ab Angelis motu cieri, habemus. At uerò, quæ singulorum sint nomina, nec philosophia docet; nec diuinæ testantur scripture Si quidem tria tantum Archangelorum nomina exprimunt nimirum Michael, Gabriel, Raphael; quos Sancta Ecclesia ad implorandam Diuinam Misericordiam

pro custodia vniuersi in letanijs inuocat. Vriel vero in Apochryphis Esdra legitur. Citra hos nullum legitimum reperies. Igitur apochrypha sunt omnia.

Quò verò ad Michaelis, Gabrielis, & Raphaelis nomina quos tribus planetis motores Tritemius ascribit; luna scilicet Gabrielelem, Mercurio Michaellem, & Soli Raphaelem: apochrypha sunt omnia, & falsa; nihil enim horum in sacris inuenitur literis: sed ad alia officia hi beati spiritus sunt destinati: quam ad talium planetarum motus. Deinde ex sacra Theologia, & ex Scholasticis Doctoribus, præsertim ex Sædissimo Præceptore habemus, Angelos qui de ordine virtutum existunt, mouere corpora cælestia, quod quidem in diuinis eloquijs cernitur. Matthæi xxiv. virtutes Calorum mouebuntur, quod explicat Euangelista Marcus Capite xiiij dicens, & virtutes, quæ in celis sunt: mouebuntur. Testatur denique in suo Euangelio Sanctus Lucas capite xxi. scribens: Virtutes cælorum mouebuntur. Sed ante hos Psaltes diuinus Psalmo xlviij cecinit: laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius præmisit Angelos; subiicit statim virtutes: qui sunt Angeli de ordine virtutum, corpora cælestia mouentes. Quare statim, & immediate cecinit; laudate eum sol, & luna, laudate eum omnes stella, & lumina nisi certe, ut indicaret Angelos de ordine virtutum, corpora cælestia mouere. Itaque cum præcitati, Michael scilicet Gabriel, & Raphael sint de vltima Hierarchia; virtutes vero de prima in qua numerantur primo Seraphim, secundo Cherubim, tertio Virtutes tantum abest, ut vera sit Tritemij scriptura; nimirum luna præesse Gabrielelem, Mercurio Michaellem, soli vero Raphaelem.

Porro autem quod ad Præsides in singulis Zodiaci signis attinet cum suis in vnaqueq; mundi plaga dominantibus, singula sunt nenia, & figmenta: nullum fundamentum habentia, nullamue auctoritatem: ac ideo ut talia reijciuntur: Nec Ibi habitare possunt sint vel boni, aut mali. Nam bo-

ni Motores diuina fruuntur essentia; nec quia mouent, ab illius uisione retardantur. Mali autem quando, è Calore pulsati fuere; extra omnes Calos sunt eiectioni: & in Infernum detrusi. Bene tamen verum est aliquos inter elementa remansisse: sic permittente diuina Iustitia.

O

Opuscula Aphricani, & Aphricani opuscula vice versa alicubi leguntur: Ideo in litera A. Illa tetigimus, & modo in litera O. nedum ex origene apochrypha declarantur: sed à Gelasio in decretis distinctione xv. ut talia proscribuntur. Sed rursus fiet mentio de illis in litera Q.

Opuscula Montani, Priscille, & Maximi cum ab Hæreticis conscripta credamus ob multas impietates ibi relatas reijciuntur penitus ut apochrypha.

Opuscula Alterius Clementis Alexandrini eadem causa reprobantur tanquam apochrypha. &c.

Opuscula Pictauiensis Victoris, seu e conuerso Victoris Pictauiensis Opuscula. Sic legitur in aliquibus codicibus, sed mendosus. Sixtus Senensis libro quarto sua. bibliothecæ rem illustrat, dicens Victorinus Pitabionensis Episcopus, & Martyr diuinorum voluminum fuit admodum studiosus &c. Huius clarissimi viri scripta à Gelasio Summo Pontifice cum apochryphis connumerantur. Nulla alia causa remur; nisi quod Sanctus Hieronymus modo illa extollit in sensibus modo infirmat in compositione: modo eruditionem detrabere cernitur: modo eruditionis voluntatem magnificat in Epistola quam Anatolio suo scripsit; ab Imperitis scriptoribus uitiata sensu: maxime In volumine, quod in Apocalypsi exarauit.

Origenis Penitentia. Origenem Adamantium fecisse penitentiam de peccato suo Infidelitatis; dum Tyrannus cum ab Actiope sodomitari precepit si Christum non negasset (ut scribitur) Quod facinus execrandum ab horrens, ne castitatem amitteret, &c. castrauerat n. se Pharmacone peccato
carnis

carnis inquinaretur) negasse fidem, non manifestum est omnibus? malefecit; nullatenus castitatem amisisset inuitus: quum castitas ei duplicata fuisset ad coronam. Planxit enim peccatum suum fortiter, & penitentiam fecit. De sui penitentia liber confectus inter apochryphos, à Gelasio connumeratus est: vel quia ab Hæreticis sit compositus, vel quod multa falsa ibidem legantur. De eius salute nonnulli damnatum sentiunt; tum quia fidem abnegauerat, ut diximus ob castitatis virtutem: tum etiam quod multarum hæresum (pro ut in suis libris conspicitur) author, & suscitator fuerit.

Verum à plerisque partibus excusatur, & defenditur; quod nimirum imposture hereticorum omnia fuerint: ut scilicet eorum falsitatibus, fides adhiberetur, & auctoritas; dum sub Origenis nomine talia diuulgaretur. sex .n. millia voluminum super diuinam scripturam conscripisse fama est: testibus Epiphanio, & Ruffino. Sed alia innumera ferme opera super sacras literas conscripsit: de quibus legendus est Sistus Senensis libro quarto suæ Bibliothecæ Sanctæ tomoprmo in verbo Origenis. Vnde à Summis Patribus, & alijs viris clarissimis summis extollitur laudibus; à Diuo Hieronymo, ab Athanasio Dydimo, Vincetio Livinensi: Pamphilo Cesariensē inchyto Martire, Gregorio Neocesariensi Episcopo, Methodio Olympio Magno Basilio: Gregorio Nanziazeno, Ruffino, Ioanne Pico Mirandulano comite; Iacobo Merlino Viſturniensi; & quam plures alij quoque, & laudant, & extollunt, & defendunt. &c.

Porro autem quod sit saluus, nonnulli dixerunt. Mouentur in primis, quia habuit Patrem Martyrem Sanctum Leonidem, quem pie creditur, saluationem filij à Domino impetrasse subinde multos habuit discipulos Martyres; qui salutem magistri, à Domino obtinuerunt. Amplius cum ab Ipsomet Origene sacra testatur historia Sanctā Barbaram Virginem, & Martyrem sacris literis imbutam fuisse.

Qua igitur ratione de eius salute dubitandum erit? Nec aliquid obstat (aiunt) damnata fuisse illius opera: ergo damnatam esse illius animam. Sequela certe nihil concludit. Subinde pium est credere, quum suum peccatum fleuerit misericordiam Dei esse consequutum.

Sed tandem dicam quid mihi retulit Venetijs dum praedicationis occasione in foro Iulio anno Domini 1591. Ibi morabar.

Admodum R.P. Magister Frater Seraphinus, è poreta, Vir doctissimus, & Religiosissimus qui paucis ab hinc annis Bononia diem extremum obiit cum Sanctitatis opinione. Cum enim de statu Origenis una simul digrederemur, si saluus esset, nec ne; ita dixit. In obsesso à Demone coacto à Sacerdote ad dicendam veritatem ad Dei gloriam: responsum fuit hisce verbis. Si non esset mater eius cuius eius non esset salua anima eius. Innuens Beatissime Virginis patrocinio saluum esse Origenem. Scripsit enim mira, & multa in suis commentarijs in laudem Deiparae praesertim super Euangelia, & in homilijs: quae persuadent saluum esse.

Hanc ob causam respondit Demon si non esset mater eius cuius eius non esset salua anima eius. Quandoquidem in homilia super primum caput Matthaei sic scribit Origenes. Desponsata fuit quidem Ioseph, non tamen in concupiscentia coniuncta. Mater eius inquit, Mater Immaculata; Mater Incorrupta. Mater intacta. Mater eius, cuius eius? Mater est Dei Unigeniti Domini, Regis Mater omnium, Salvatoris, & Redemptoris cunctorum: Hac Origenes quae à Sanctissimo Praeceptore in sua Cathena aurea adducuntur: His quidem verbis ad dicendam veritatem de Salvatione Origenis coactus Demon: usus est; loqui solitus Enigmatica.

Sistus Senensis multa de Origene locis praecipitatis scribit in sui defensionem, & laudem: motus Sanctorum Patrum Ecomijs. Concludit nimirum tantum fuisse sacram Origenis Doctrinam, etiam cum mira vita sanctitate coniunctam;

ut quidam de summis Ecclesie Proceribus dicere, aliquando non dubitauerint: Malle se cum Origene errare quam cum alijs bene sentire. Non nominat, qui sunt hi Summi Ecclesie Proceres. Verum huiusmodi sententia nullatenus nobis placet (pace illorum summorum procerum sit dictum) Quoniam nunquam errare licet, error enim peccatum est: sed nunquam licet peccare, ergo nunquam licet errare, sed per quam maxime in rebus fidei. Ita quod huiusmodi sententia absolute sic prolata, grauem continet errorem. Sed in summorum Procerum fauorem responderi posset; illos non tenere, aliquid falsi Origenem scripsisse: Nam si qui errores sunt hereticorum fraude in suis operibus sunt introducti; ac propterea huiusmodi confidentia potuisse hoc dicere, stante tamen quod scripserit, & errores sparserit: temere dicitur: malle se cum Origene errare: quam cum alijs bene sentire; quandoquidem fit iniuria veritati, & obscuratur fidei sinceritas: quam semper sequi debemus, & defendere usque ad mortem.

Porrò autem de Origene si quis plura desiderat; ab Eusebio libro sexto sua historia Scholastica omnia ferme habebit: & à Baronio Tomo secundo suorum annalium. Quod tamen ad nos attinet; quęcumque de Origene scripsimus: Salua fide, & auctoritate Sanctę Ecclesie sint scripta. Et sufficere debet auctoritas Gelasii omnia Origenis probare, quę Hieron. approbat: cetera vero opuscula cum authore esse damnanda & in V. Synodo generali, & in sexta inter hereticos recensentur.

Opuscula post Humiani, & Galli: Ex origene apochrypha proclamantur: vel ob authorum incertitudinem vel ob ipsius materie vitium.

Opuscula Arnobij cuius sint Arnobij, an illius Afri Retiboris florentissimi; qui teste Diuo Hieronymo ad Magnum septem facundissimos contra gentes libros edidit: adiecto octauo supra septimum, non ut eiusdem operis liber, nec ut pars libri

libri: sed sub dialogi nomine; aut alterius Arnobij, qui insulse scripsit: Incertum est. Propterea ab authoris incertitudinem huiusmodi opuscula proscribuntur apochrypha. Neuter Arnobius potuit esse talium opusculorum effector; quoniam uterque Catholicè scripsit: sed inæqualiter. Quandoquidem secundus Arnobius, quamuis in omnes Psalmos brevissime tamen scripserit; nihilo secius stylo, & sermone Barbaro quàm plurimum differt à stylo, & compositione Afri incorrupta, & erudita. Erit igitur quod sub Arnobij titulo ediderunt, ut suis falsis opusculis erroribus undique Scatensibus autoritatè darent, & fidem: ut mos est omnibus hereticis A Gelasio tandem ut apochrypha condemnantur locis prærecitatis. Aduertat tamen Benignissimus lector in decretis postremo editis Arnobij opuscula non in corpore inferi, sed extra alatere nimirum, & in Epistola poni, quemadmodum, & pleraque alia.

P

Passiones Apostolorum liber sic inscriptus tractans Apostolorum passiones, à leucio, seu seleuco exarata: quia ab Heretico conscriptæ sunt, proscribuntur omnino, & tanquam apochryphæ reputandæ.

Pauli Apostoli Euangelium. Nonnulli rentur Paulum Apostolum scripsisse suum Euangelium, sicuti, & alij Euanlistæ, moti verbis illis in Epistola 2. c. 2. ad Timotheum cõrentis, scilicet Memor esto Dominum Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine David secundum Euangelium meum In quo laboro &c. Verum germana expositio verborum illorum est secundum Euangelium meum; id est secundum Euangelium quod mihi comisit Dominus prædicare: si quidem Evangelia Domini nostra sunt Evangelia. Et si Infidelibus prædicaremus: haud dubie possemus dicere: Secundum Euangelium nostrum prædicamus: Porro autem alij arbitrantur, quod secundum Euangelium meum Intelligendum est Secundum Euangelium Luca: qui referente Paulo

Apostolo, scripsit: quemadmodum Marcus persuadente Petro Apostolorum Principe. Quòd si aliud Euangelium reperitur sub nomine Pauli Apostoli, à quatuor canonicis distinctum, apochryphum omnino reputatur: quia ab Ecclesia non est receptum.

Pauli Apostoli apocalypsis, siue raptus. Hic liber ab Epiphania libro primo Panarj apochryphus proclamatur: tanquã ab Hæreticis Caianis confictus. Qui liber alio vocabulo, à Gnosticis ascensus Pauli dicitur. Reprobatur ab Augustino tractatu xxvij in Ioannem: & à Nicephoro libro xij. sue historia Ecclesiastica.

Pauli Apostoli actus. Hic liber sciungitur ab illo cuius inscriptio est; Pauli Apostoli, & Teclæ actus: de quo mox dicemus. Primus itaque liber ab Eusebio cum libro pastoris rejicitur libro tertio sue historiæ Scholastica tanquam apochryphus &c.

Pauli Apostoli, & Teclæ actus à Gelasio distinctione xv. cum alijs apochryphis connumeratur, & proscribitur. Memini quondam me legisse hunc librum, in quo multa ridicula legi cum impietate coniuncta: indigna certè Apostolo, & Teclæ. Sed & Sanctus Hieronymus in catalogo scriptorum cum Pauli periodo, et actibus Teclæ condemnant totam baptizati leonis fabulam.

Pauli Apostoli Epistolæ ad Senecam, & Senecæ ad Paulum apochryphæ quidem, à nobis reputarentur huiusmodi epistolæ nisi obstaret aliquorum Sanctorum Patrum autoritas expressis: qui manifeste testantur hæc Epistolæ non esse dubias: sed certissimas. Sed trium dum taxat adnotauimus testimonia, primum Sancti Lini orthodoxæ Ecclesiæ Summi Pastoris, secundum Sancti Hieronymi tutoris Sancti Maximi. Tertium Diui Augustini celeberrimi viri Sanctus Linus post Petrum secundus in libro de passione Pauli Apostoli in initio hæc scribit. Concursum de domo Cæsaris fiebant ad eum sed, & Institutor Imperatoris adeo fuit illi amicitia

copulatus videns in eo diuinam scientiam : ut se à Colloquio illius temperare vix posset. quominus si ore ad os illū alloqui non valeret: frequentibus datis, ac acceptis epistolis ipse dulcedine, & amicabili colloquio atque Consilio frueretur &c. Sanctus Hieronymus de viris illustribus connumerans Senecam inter Ecclesiasticos scriptores : sic scribit. Senecam non ponerem in Catalogo Sanctorum, nisi me sua Epistola prouocarent: quę leguntur à plurimis Pauli ad Senecam, & Senecę ad Paulum; in quibus cum esset Neronis Magister, & illius temporis potentissimus : optare se dicit, eius esse loci apud suos : cuius sit Pauli apud Christianos. Diuus Augustinus Epistola lvi. ad Macedonium scribens: hanc Epistolarum meminit, dicens, Merito ait Seneca (qui temporibus Apostolorum fuit, cuius etiam quedam ad Paulum Apostolum leguntur epistole) omnes odit qui malos odit. Hęc tria testimonia Ecclesiasticis scriptoribus Neotericis sufficere deberēt, cum sint summorum Patrum: & magnam vim habent, & magni sunt pōderis. Qua propter miramur valde, si qui oppositum sentiunt. Sunt quidē familiares epistolę nō pertinentes ad Diuina eloquia, neque ad sacros canones: ut illorum habeant auctoritatem. Unde si aliud non esset nisi sola Sancti Hieronymi auctoritas: hoc maxime prestat, & scrupulos omnes abigit: presertim cum opposita sententia nihil concludat. Senecę ad Paulum Epistolę octo leguntur: Pauli vero ad Senecam sex. Pauli Apostoli Epistole tres.

Tres alię epistolę Pauli Apostoli circumferuntur ultra illas quę in sacro canone sunt receptę quę sunt numero xiiij. nimirum vna ad Laodicenses tertia ad Corinthios, & alia tertia ad Thesalonicenses. Epistola ad Laodicenses testatur Sanctissimus Preceptor quod eius auctor haud dubie fuerit Paulus Apostolus, quod autem non sit de canone quadruplicem assignat rationem disunctiuam; vel quia Ecclesię non erat manifesta eius auctoritas; Aut quod Hęretici eam de-

pra-

prauissent, vel quia temporis successu perisset; aut tandem quod ea quæ in Ipsa Epistola continebantur: in alijs Apostoli, epistolis legerentur. De huiusmodi epistola lege Sistum Senensem libro secundo sua bibliotheca Sancta in verbo Paulus &c. ubi varios Doctores citat circa huiusmodi veritatem; quid sentiant: Chrysostomum scilicet, Theophylatum Epiphanium Salamina Episcopum: Tertullianum, Philabrium, & Sanctum Hieronymum. Verum enimvero legendus est omnino Sistus Senensis locis prærecitatis quid sentiat etiam ex Theodoro, ne dum circa Epistolam ad Laodicenses; sed circa Epistolam tertiam ad Corinthios ex Chrysostomo, & aliam Epistolam tertiam ad Thessalonicenses ex Origene.

Pastor Hermas, & Herma Pastoris liber, idem sunt. Vide igitur Hermæ Pastoris liber. Sub alterutra inscriptione manifestatur.

Pentametrum Iesu Christi. Vide in verbo centimetrum de Christo.

Petri Apostoli Euangelium. Quum ex illius Euangelij lectura in heresim inciderent quamplures; Ex Serapione Episcopo Antiochiæ tanquam illegitimum, & heresim; Marcionitharum respersum: Iuste reprobatum est, & reiectum. Reprobatur quidem illud in Epistola quam fratibus Rhodi Ciliciæ scribit. Huius meminit Eusebius libro tertio sua historiæ Scholasticæ capite itidem tertio.

Petri Apostoli prædicatio. Liber est qui Apostolorum Principi tribuitur Habuit aliquando apud præscos illos Patres auctoritatem, cuius testimonijs usus fuisse scribit Sistus Senensis. Citat inter alios Clementem Alexandrinum libro sexto Stromatum: Et Origenem Tomo xij. In Ioannem. Nihilominus tamen Ipsemet Origenes dubitat, si verus sit liber an suppositicius, an mistus. Sed quia ab auctoritate iam decidit: veluti apochryphum reputamus.

Petri Apostoli Doctrina. Liber est sic inscriptus. Spurius à Pe-

Petri Apostoli doctrina, & alienus ab illo: quinimo à quocumque qui Spiritu Dei fuerit inspiratus. Quapropter cum inter Ecclesiasticos libros minime inueniatur; nullam habet auctoritatem Idcirco veluti apochryphus ex omni parte reputandus est. Et sic ab Origene condemnatur libro primo Periarchon.

Petri Apostoli Apocalypsis seu reuelatio. Ex Nicephoro libro xij Petri Apocalypsis, ut subditicia, & Apostolo illegitima describitur à Pifcris Patribus esse iudicata. Quamquam in aliquibus Palestina Ecclesijs, semel singulis annis in Parasceue in Memoria Passionis Domini, legi permitteretur. Sed & Eusebius libro tertio capite xxv. scribit etiam maxime dubitari, num sit Petri Apostoli.

Petri Apostoli iudicium. Liber sic inscriptus ex Ruffino in explicatione Symboli ad Laurentium scribens; ait: in nouo testamento libellus, qui dicitur pastoris, siue Hermatis, & Iudicium secundum Petrum: omnes quidem Patres in Ecclesijs legi voluerunt; non tamen proferri ad Auctoritatem ex his fidei confirmandam.

Ex his itaque omnibus indubitanter habemus omnes, & singulos Petri Apostoli prærecitados, libros, nulla ui, nullaue auctoritate potiri, & quamuis Sophronius ex D. Hieronymo scribat Diuum Petrum vere horum librorum extitisse auctorem: Nihilominus quum ab auctoritate ceciderint, & inter canonicas scripturas minime computentur quemadmodum, & illæ duæ Catholica Epistolæ iam in Sacro Canone receptæ: factum est, ut inter apochryphas sint reiectæ. Quinimo ipsemet Hieronymus in libro de scriptoribus Ecclesiasticis hos quinque prærecitados libros inter apochryphos reijcit.

Petri Itinerarium sub nomine Clementis editum: à Gelasso Summo Pontifice tamquam apochryphum reijcitur. Vide in verbo Clementis itinerarium.

Petri Apostoli peregrinationes. Liber est sic inscriptus, vel Petri Apostoli circuitus, seu circuitiones: quibus utuntur Ebionæi

Here.

Heretici De quibus libro primo Panarij Epiphanius scribit; multa Ebioneos corrupisse: & pauca vera reliquisse. Lege Iacobum de Voragine Genuensem Archiepiscopum in vita Clementis: ac propterea redduntur omnia apochrypha.

Petri Apostoli disputatio contra Appionem. Ne dum Apocrypha conspicitur, sed pleraque in eo visuntur regulae fidei incorruptae aduersa. Lege Diuum Hieronymum in Catalogo.

Hac quoque reprehendit Eusebius capite xxxviij. libri tertij.

Phylacteria Angelorum. utique Angelorum non bonorum: sed malorum Idco condemnata cernuntur à Gelasio dist. xv. ut apochrypha, & veluti, à demonibus conficta. Continet enim magica amuleta idest remedia aduersus veneficia, infirmitates, pericula, & huiusmodi quam plura superstitiosa magis, quam naturalia. Dicuntur Phylacteria ad instar illorum quae erant Phariseorum: Quaequidem erant tabulae, siue membranae, Decalogi praecepta inscripta habentes; quas illi, & fronte, & brachijs affigebant: ut eorum oculis nunquam non obuersarentur. Ita & superstitiosi illi Phylacteria sua suspensa in collo gerebant: ut sic à mundi periculis se immunes crederent.

Philippi Apostoli Euangelium. Gnostici Heretici scripserunt Philippum Apostolum suum confecisse Euangelium. Sed ab Epiphanio libro primo Panarij condemnatur tanquam impostores. Verum, à Gelasio distinctione xv. inter apochrypha quoque; proclamatur: quemadmodum, & eius acta inter apochrypha quoque; reijciuntur.

Pilati acta. Acta Pilati Triplicis generis esse componuntur primum est eorum qui Christianos odientes, multas falsitates aduersum Christum, & sequaces confixerunt sub titulo Pilati; ac si Pilatus auctor extitisset. Verum id totum factum est Maximini Imperatoris opera, & studio ut Christi nomen de terra eraderet penitus, & uniuersum Christianorum genus deleteret omnino. De quibus legendus est

Eusebius libro nono sue historię Scholasticę capite quarto.
 Origenes libro primo Periarchon, & In Ioannem tomo xx.
 Siftus Senensis libro secundo Bibliothecę; & Baronius Tomo
 primo Annalium. Verum ex temporum ratione Facile hu-
 iusmodi malignitas confutatur ab Eusebio libro primo sue
 historię. Secundū genus est illorum, qui Sanctum Pascha
 celebrandum esse sentiunt, semper quartadecima die lune
 mensis Martij; quandoquidem sic in eiusdem actis rescrip-
 tum reperitur: Christum Dominum vigesimo quarto die
 eiusdem mensis passum fuisse. Vnde, & quarta decimani
 heretici sunt appellati. Tertium genus actorum Pilati est il-
 lorum quorum meminit Sanctus Iustinus in Apologia apud
 Antoninum Pium, qui legendus est. Sed omnia sunt apochry-
 pha.

Prefatio ad Threnos, seu ad lamentationes Ieremie Prophetę
 apocchrypha estimatur; tum quia apud hebreos nusquam
 reperitur: tū etiam (quod maxime consuetaneum est) quum
 sit prophetia, has lamentationes ante destructionem Hie-
 rusalem composuisse: non post. Sic quoque quod Propheta
 cum sit videns, antea vidit: non post. Porro autem multi-
 rentur prefationem illam à Grecis additam esse ad Thre-
 nos: quandoquidem in editione septuaginta conspicitur.

Psalterij appendix, seu actuarium. Dicitur actuarium ab au-
 gendo quia rei iam determinatę aliquid supra adiicitur: si-
 cuti a pependix dicitur quod alijs adiunctum est. Itaque cum
 Psalterium quod centum, & quinquaginta psalmis constat;
 adiunctus est, nescitur, à quo authore psalmus ut dicitur
 Davidis, quem cecinit victo Golia Gigante: qui incipit Pa-
 rrus eram inter fratres meos, & adolescentior in domo Pa-
 tris mei, pascens oues patres mei &c. Apocchryphum reddi-
 tur actuarium apocchrypha redditur appendix tanquam ab
 obscuro authore apposita, & authoritatis ambigę quem-
 admodum, & cetera huiusmodi ut apocchrypha reijciun-
 tur.

Prouerbiorum libee . Non ille qui inter canonicas scripturas connumeratur Salomoni tributus ; sed alius ab Impijs conscriptus, & Sancti Sisti nomine , & titulo praesignatus inter apochryphos, à Gelasio rejicitur, & condemnatur .

Quirici seu Cyrici, & Iulita passio. Sanctorum Martirum Quirici, & Iulita passio quia ab Hereticis conscripta reputatur, & multis mendacijs repleta cernitur , à Gelasio distinctione xv. cum alijs consimilibus apochrypha proscribitur .

Quirici Septimij, seu Aphricani Opuscula à Gelasio loco supra recitato, & ab Origene tanquam apochrypha condemnantur. Hic aduertendum est, quod Tertulliano pranomen exiit, Quintus Septimius. Sed vocabatur Tertullianus florès ob maximam qua redolebat olequentiam: quasi ter Tullius ter scilicet Tullium superans florentissime . Operum suorũ lectione maximè delectatus Sanctus Cyprianus ; non erat dies, quod non aliquid ex illis exciperet: vocans cum super alios Magistrum . Verum quamuis suo tempore vir praestantissimus fuerit tum in diuinis scripturis , tum in humanis literis, tum quoque in oratoria facultate, multaque elegantissime elucubrauerit: nihil secius, à Diuo Hieronymo ad Paulinum scribente notatur, quod in sententijs fuerit multum frequens, & in sermone difficilis : à Lactantio autem firmiano quinto suarum diuinarum institutionum libro summopere extollitur, fuisse nimirum omni genere literarum eruditissimus: sed phrasi parum facilis, minus comptus, & valde obscurus . Porro autem per illud seu Africani intelligi debet sua regio: nam fuit ille Afer; patria Carthagenensis. Carthago quidem Ciuitas est minoris Africe; li seu non est quid disunctiuum , sed Copulatiuum explicans regionem .

Regum liber. Alius quidem, & diuersus, à quatuor Canonis. Cum igitur de illis non sit: manifeste sequitur, esse apochryphum. Lege, Sistrum Senensem in verbo, Regum liber.

Reuelationes Sancti Ioannis Apostoli, & Euangelistæ circa finem mundi, quæ à Sancto Cecilio Diui Iacobi Apostoli discipulo commendatæ; in Turri Turpiana reperiæ apud Montem Sanctum Granatensem, quum non sint authentica, tãquam ab Ecclesia minime approbata: Inter apochryphas scripturas reijci debent; Ex doctissimo Patre Graulina libro quarto de verbo Dei scripto Catholicarum præscriptionum: Inter quæ alia notatu digna reperies.

Salomonis Clauicula apochrypha proclamatur. Vnde & à Gelasio Pontifice inter damnatas scripturas connumeratur: continet namque omne genus superstitionis maleficæ. Salomoni tamen falsissimè attributa est. Sed & hic liber cum libris in Indice librorum prohibitorũ cõnumeratus hodie perspicitur.

Salomonis cõtradiçtio similiter ex Gelasio dist. xv. apochrypha proscribitur.

Salomonis liber de Vmbri Idearum, ne dum apochryphus estimatur sed Impius tanquam magicas continens Impietates Citatur huius modi liber à Cicco Asculano in sua sphaera.

Seth filij Adam libri septem cum alijs septem adiunctis: apochryphi omnes. Nam ex Epiphanio in primo panarij libro habemus, Gnosticorum Hæreticorum opere effectos fuisse vnde, & Sethiani nuncupati fuere: scuti, & qui alios addiderunt Archontici.

Sophonix Propheta assumptio, ne dum apochrypha, sed ex Athanasi Synopsi absur diffima reputatur: veluti impietatibus quam plurimis vndique plena.

Stephani Prothomartyris apocalypsis apochrypha. Hac magno studio

*Studio, & veneratione Manichæi utebantur ex Serapione.
Quapropter à Gelasio Papa distinctione prærecitata Christi-
stianis fidelibus vehementer iuterdicta est.*

T

T *Arsy, seu Taryj alias Taty, sit quomodolibet sufficit quod
Illius opuscula tamquam apochrypha à Gelasio loco
prærecitato proscribuntur.*

T *atiani Syri Euangelium. Tatianus Syrus dum Sancti Iustini
Philosophi, & Martyris præceptoris sui vestigia sequutus
fuit, multa de fide Catholica scripsit: ita ut Diuus Hierony-
mus in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorū eius meminere
multa cum sui laude. Verumtamen post præceptoris mor-
tem à Catholica fide defecit: dedit Inicium Encraticis here-
ticis quorum Ipse Caput, & Principem se proclamauit, ma-
gno cum sui vituperio Vnum vero sub nomine Euangelij in-
telligendum venit Diatessaron, vnum scilicet, ex quatuor:
an vero proprium, quemadmodum, & alia Euangelia sub
nomine huius, & aliter: incertum est. Nam in rigore,
propriū intelligendum venit. Sed videndi sunt Eusebius
Cæsariensis libro quinto suæ historiæ Scholastica, Victor
Episcopus Capuanus: Abbas Tritemius, & Sistus senensis.*

T *hadæi Apostoli Euangelium. Si suum est Euangelium, quod
scilicet verè scripserit: inter apochrypha tamen est reijci-
endum tamquam non authenticum; quia ab Ecclesia non est
receptum: quemadmodum, & alia consimilia minimè sunt
recepta. Porro autem si suum non est, sed hæreticorum,
fraude Sancto Thadeo impositum: proscribendum est abso-
lutè, ut apochryphum: quia de auctore dubium est, & incer-
tum. Vnde, & à Gelasio distinctione xv. reprobat. Verū-
tamen scripsit Epistolam quæ in septem Catholicas postre-
ma est.*

T *ecle actus an sint illi qui cum actibus Pauli Apostoli leguntur
mixti, an sint distincti, & seiuncti ita, ut sit peculiaris liber
à libro actuum Pauli Apostoli, & Tecle distinctus; sit quo-
modo.*

modolibet; Nihilosecius talis liber, à Gelasio distinctione prærecitata ut apochryphus reprobatur.

Thesaurus. Liber sic inscriptus innuens contineri multa scitu digna veluti in Thesauro reposita. Sed à Gelasio animaduersum, multis impietatibus repleri: tanquam apochryphus condemnatum venit.

Thomæ Apostoli Euangelium. De Thomæ Apostoli Euangelio fidem facit Origenes homilia prima in Lucam, non esse alicuius authoritatis in Ecclesia Catholica: sed tantummodo quatuor illa iam recepta, nimirum Mathei, Marci, Luca, Ioannis. Ex Cyrillo oratione Cathedistica sexta habemus huiusmodi Euangelium à quodam Thoma manis per se discipulo prodisse. Quapropter ab Athanasio in Synopsi reijcitur; & à Gelasio Summo Pontifice distinctione xv. inter damnatas scripturas connumeratur: quod fuerit apud Manicheos in usu, & multum familiare.

Thomæ Apostoli actiones. Liber sic inscriptus ab Encraticis hereticis Iuxta Epiphanium libro secundo Panarij in usu semper est habitus. Qui tandem liber ab Innocentio Papa Primo In epistola ad Exuperium: condemnatus perspicitur. Porro autem inter alias actiones quæ ibidem scribuntur; & à Beato Augustino recitatur (huius certe meminist libro xxij. Contra Faustum: & in libro aduersus Adimantum, et denique libro primo de sermone Domini in Monte) quæ Manichei una est, suis in libris legebant: nēpe quod cū exceptus esset Apostolus in quodam nuptiarum Conuiuium, veluti peregrinus, & ignotus: à seruo in capite manu percussus; impregatus percussori vindictam: euenit ut exiens ad fontem ad extrahendum aquam: irruit in eum immanis leo, & abstractam à corpore manum cum qua percusserrat Apostolum, in Conuiuium Cavis attulit in conspectu omnium. Sed quis non videt omnia huiusmodi comenta esse, & mendacia? Quinimo sacris literis aduersantia. Si quidē magister noster Christus suos discipulos virtutes omnes docens,

cens, & imbuens super omnia patientiam commendauit, & praecepit Quippe quae omnium virtutum est Custos, & Pastor, & quemadmodum percusso Pastore disperguntur oves gregis; ita, & amissa patientia disperguntur virtutes: quae patientia adunantur, & conseruantur. Verum quod huiusmodi Thomae Apostoli actio sit fictitia, & falsa; Diuina Eloquia nobis manifestant: dum plerisque in locis patientiam commendant; unde, & Christus Dominus noster. Matthaei Quinto, & Luca Sexto discipulos suos exhortatur; ut in subeundis angustijs, & persecutionibus patienter se habeant: & fortiter resistant dicens. Si quis te percusserit in unam maxilla: prebe ei, & alteram. Quod certe secundum praeparationem animi intelligendum est: non absolute, Tenetur quidem homo, & debet animum praeparatum semper habere ad sustinendam similem iniuriam propter honorem Dei, & quamlibet aliam: quādo occurrit occasio. Nec aliquid officit Christum Redemptorem seruo nequam respondisse percutienti Iesum alapa: quia respondere necessarium fuit pro tuenda diuina doctrina, & illius defensione quod praedicabat, secus ipsi doctrinae prauidicasset: quam pater sanctificauit, & misit in mundum.

Non Igitur ex impatientia Christus respondit, sed in defensione suae doctrinae: quam constanter Anne Pontifici explicabat. Quocirca Apostolo Sancto haec, & similia imponere, valde execrandum est, quum ab eo patientia virtus omnino auferatur: vitium vero vindictae tribuitur. Repugnat quidem benignitati diuinae; qui praecepit, iniuricis condonari: dicens. Mihi vendictam, & ego retribuam, ad Romanos, xij. & ita animas possideri: dum Luca xxi. discipulis suis ait in patientia vestra possidebitis animas vestras; & eo magis falsum concluditur: Quum Augustinus locis praereditis scribat Apostolum leuicte fuisse in capite percussus. Est igitur possibile, ut leuiter percussus, tam se uam vindictam percussori imprecatus esset?

Thoma Apostoli Itinerarium, seu circuitiones .

Certum quidem est omnes Apostolos diuersa orbis terrarum loca ad promulgandum Christi Euangelium peragrassè: quemadmodum unusquisque Diuina Sortitione ea obtigerat. Sed præcæteris nullum arbitramur; tot itinera perfecisse tantasque regiones, & Prouintias perlustrasse, ut Thomas Apostolus; quippe qui Parthos, Medos, Persas, Hyrcanos, & Bactros penetravit. Tandem uniuersam Indiam perlustrans, infinitam pene gentium multitudinem ad Christum conuertit: Apostolatus munus magna cum gloria exercens. Itaque quod Apostolus Thomas multas peragrauerit Regiones, pleraque itinera fecerit; iam manifestum est: ac propterea reddit non esse falsum itinerarium, nec circuitiones mendacia: titulo, & inscriptione. At uero cum multa falsa ridicula, & impostura in illo legantur libro; indigna certe Apostolo Sancto: arguit ab Hereticis esse conscriptum; ac propterea redditur omnino apochryphum. Athanasius in Synopsi in librorum damnatorum numero conuertit.

Thoma Apostoli Apocalypsis inter apochryphas scripturas à Gelasio distinctione xv. connumeratur, ac propterea proscribitur omnino.

Thoma Apostoli ad Clementem epistola. Thoma Apostoli epistolam quam scripsisse ferunt ad Clementem post Petrum Pontificem, certiore eum faciens de rebus quas apud Parthos, Medos, Persas, Bactros, Hyrcanos, & Indos uiderat esse apochrypham; ex eo patet: quoniam epistola hæc in nono recognitionum libro registratur. Qui quidem libri omnes, & singuli apochryphi redduntur: tanquam ab Hereticis conspurcati: ac propterea quamuis Clemens huius meminisset; Incertum tamen est: an ipsemet Clemens inseruerit: uel fuerit surreptitia. Sed non est putandum (& est alia causa) ut Apostolus hisce rebus incumberet, atque vacaret: dum uix temporis, & spatium haberet manducandi, & bibendi propter onus Euangelicæ prædicationis, & conuersionis gentium ad fidem.

Tho.

Thobig Iunioris liber excantationum, & magicarum quarundam imaginū est. Liber iste omni ex parte apochryphus: quinimo Hæreticus, continet enim impia, & diuina scripturę maxime aduersantia. Habemus certè ex sacro Thobia libro, Raphaelem Archægelum diuina dispensatione Thobia Iunioris comitem in uia extitisse; Ipsiusque ope, à sacra sponsa sua demones expulsos: Patrique suo oculorum lumen redidisse. Non igitur magicarum artium opere, & maleficio Thobiam Iuniorem hæc effecisse: dicendum est. Quare non immerito à S. R. Inquisitionis Senatu inter magicarum impietatum libros connumeratus, & proscriptus est; tanquam à maleficis, & impijs confictus fuerit.

Tychonij Opuscula.

sint ne Tychonij Afri huiusmodi opuscula, an alterius: incertum quidem est. Hoc tamè scimus, quòd aliqui ex Sanctis Patribus hunc Afrum multis laudibus extollunt: Diuus Augustinus, Isidorus, Cassiodorus, Venerabilis Beda &c. At uero si coniecturari libet, arbitramur huiusmodi virum talium opusculorum fuisse authorem: Et quamuis multa catholice scripserit: nihil secius pleraque Donatistarum dogmata sectator est. Quapropter ab Origene, & apochrypha proclamantur: quod in Gelasij quoque distinctione xv. tanta proscribuntur, quod in postillis inspicitur.

V

Verborum Domini liber. Ex omni parte apochryphus indicatur liber iste: si namque dixerint; quod à Domina conscriptus fuerit; falsa dicunt: quia Christus libros nunquam edidit: si autem ab alio, tanquam supposititijs estimatur; ac propterea apochryphus incertus de authore: maculosus de materia, sed alij rentur librum hunc illum esse: à quo Paulus Apostolus testimonium accipit ex act. xx. mementote Verbi Domini Iesu: quoniã ille dixit Beatius est dare, quam accipere, & aliud Luca vi. omni petenti da, & aliud, mutuum dantes: nihil inde sperantes.

Vita Sancti Brandani. Historia de Vita Sancti Brandani ex Altisiodorensi in fauorem Propositiui nedum apochrypha à nobis estimatur, sed aduersa fidei Catholica. Inquiunt enim quod videns Sanctus Brandanus Iudam Ischariotem per prata incedentem: quarens, cur non esset in Inferno? respondit, quod propter aliqua bona, qua in hac vita fecerat: concessum erat ei aliquod habere refrigerium; In hac parte apochrypha reputatur historia illa nullam habens auctoritatem Ideoque cum non sit authentica: exploditur omnino. Secundum est quod continet multa falsa: Catholica veritati aduersa. Cum enim ex diuinis eloquijs habeamus nullam in Inferno esse redemptionem; quomodo stat Iudam ex illo exiisse, & per prata incedere: ut per aliqua bona opera qua fecerat in hac vita aliquid refrigerij haberet? Non ne mortuus est fur, & latro, proditor, & Venditor? Furabatur quidem elemosinas que dabantur Domino: & domui suae deserebat. Osculo eum tradidit, vendidit Christum triginta argenteis; qua bona opera fecit? Non ne desperatus laqueo se suspendit? Crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius? Non ne dixit Iesus; melius erat ei, si natus non fuisset homo ille? Nec opera bona aliquid valent ad mitigandas penas inferni debitas. Nec aliquid cogunt Diui Augustini verba, qua in Enchiridio ad Laurentium Capite cx. affert. Dicens. Cum sacrificia siue altaris, siue quarumcumque elemosinarum, pro defunctis baptizatis omnibus offeruntur; pro valde bonis gratiarum actiones sunt: pro valde malis etiam si nulla sunt adiumenta mortuorum, qualescunque uiuorum consolationes sunt. Quibus autem profunt, aut ad hoc profunt, ut sit plena remissio: aut certe, ut tollerabilior sit ipsa damnatio.

Hec certe nihil cogunt quippe quod ipsa damnatio ad purgatorij penas extendi potest. Est etenim ibi damnatio usque ad tempus: finienda quandoque: Inferni vero eterna: Illa mitigari, & imminui potest sicuti de facto mitigatur, & imminuitur

minuitur orationibus, atq; operibus bonis, quæ hic fiunt: Hęc autem Inferni nullatenus. Dicebat Augustinus, si scirem Patrem meum esse in Inferno: non plus orarem pro eo quam pro Diabolo. Quod si opposueris Traianum Imperatorem, Beati Gregorij Magni precibus ab Inferno liberatum esse sicuti Falconillam orationibus Sanctæ Teclæ (ut scribit Sanctus Ioannes Damascenus in sermone de Mortuis adiuuandis, sed Hęc non obstant si fuerint tales in inferno loco depositi.

Verū Ad rationē de Traiano nonnulli Grauiissimi authores in-
tur quos est Baronius, negant historiā Traiani. Verum cum amplectuntur viri etiam grauiissimi, & imprimis Scholastici aliqui: & quam plurimi Doctores, & à Sanctissimo Præceptore adducitur pro ea S. Damascenus, sed Doctorem Angelicum reuerenter excusat Canus lib. xi. hist. cap. 3. Porro autem ad id expendendum librum edere oporteret peculiarem: quoniam huiusmodi controuersia multas excitat, & secum trahit questiones, quarum non est hic suus locus. Verum enim uero esto, quod non esset vera historia, quid obest, & quid impedit, ne posset Deus ab Inferno liberare damnatum? Eius potentia est infinita nullis obstricta legibus; Ipse est Dominus Inferni: ut si uellet, nedum damnatum, sed totum posset euacuare Infernum. Certe non est impossibile apud Deum omne Verbum.

Itaque quod in Inferno nulla sit redemptio: utique verum est de lege communi, & potentia sua ordinaria; sic enim deere-
uit, ut hac potentia nullatenus semel damnatus liberari potuisset. At uero de potentia sua absoluta; ne dum hac facere posset; sed, & uniuersum destruere, & ad nihilum redigere. Ex his ergo fit satis circa mitigationem penarum Inferni, & diminutionem: dicendo Deum decretum potuisse irreuocabile, ut sua lege, communi, & ordinaria, nullatenus mitigari, & diminui posset inferni pena. Quapropter de incessu Iudæ per prata à Sancto Brandano uiso falsum est omnino:

ac propterea apochrypha redditur historia illa . Huiusmodi positio ad originis opinionem accedit .

Ad notandum tamen quod que madmodum pro damnatis orandum minime est, ut diximus. Ita, & pro beatis orare, minime debemus: sed nos illos orare, ut orationibus suis apud Deum efficaciter porrectis: adiuuemur. Siquidem illi in statu securissimo stabiliti precibus nostris nullatenus indigent: Nos vero in miserijs constituti, eorum auxilijs subleuari possumus, & liberari. Sed extat Diui Augustini elogium illud insigne: Iniuriam facit Martyri: qui orat pro Martyre. Porro autem si hec, & similia quis videre desiderat: Sistum Senensem legat libro sexto sue bibliotheca Sanctae Tomo secundo, annotatione xlvii. & cccxi.

Vite Sanctorum Patrum. Cum in plerisque Sanctorum Patrum Vitis multa legantur nenia, multaque ibi conspiciantur ridicula, atq; incompatia: merito omnes huiusmodi tanquam apochrypha condemnantur, & prorsus reiciuntur. Non est necesse singulas nunc examinare, ac censurari: quoniam opus particulare pro hac re edere oporteret. Sed prudens lector ex his, qua ibi legerit, veritatem fatebitur: quod scilicet multa ibi traduntur ab inuicem repugnantia. Sit Vobis exemplum vnum pro reliquis; nimirum de monachis illis tribus ad Paradisum Terrestrem pergere volentibus: quorum nomina sunt Theophilus, Sergius, & Elchinus.

Hi primum pergere decreuerunt, ubi Caelum cum Terra coniungitur. Res certe ridicula, & omni aduersa philosophiae cum nullibi talis reperiatur locus: Quum terra in medio vniuersi veluti punctum in medio suae circumferentiae equaliter, atque immobiliter consistat tanquam ab omnibus caeli partibus disuncta. Quod si dicere vellent. Paradisum Terrestrem ita situm esse, ut ad Coelum lunae pertingat: id Certè per Hyperbotem dictum esse putato: Nimirum ob eius eminentiam, à ceteris circum vicinis terra partibus differentem.

Secundum, quod magis apochrypham reddit historiam illam, est quod à monasterio absque sui Abbatis licentia, & benedictione; atque aliorum monachorum communionem, aufugerint, & recesserint. Quod quidem veritati historie multum preponderat. Verumtamen de Monachis istis sentiendum est, quod Sanctissimus Præceptor 22. q. 186. art. 5. ad quintum argumentum, scribit de Zarabaitis, Quod nimirum sint monachi sine obedientia: ac propterea non approbantur.

Tertium quod maxime officit, est; quod plures absque Cibo, & potu pluribus diebus extiterent. Prima vice in carceribus positi, ut fame morerentur: post aliquos dies gens illa reuersa; putantes mortuos esse: sanos, & incolumes reppererunt, & tamen absque cibo, & potu. Secundo ambulantes spatio dierum octuaginta, nec cibum, nec potum gustauerunt. Alia vice per triginta dies ambulauerunt: nihil comedentes: sed solum aquam bibentes. Alia vice nullo cibo adiuti per centum dies profecti sunt. Sed quis rebus hisce falsis, & ridiculis fidem adhibebit? poterat quidem Deus hæc, & plura his facere sed cum nihil faciat, nisi quod est conueniens, & rectum, ordinatum, & rationi congruum: Quumque illi absque sui Abbatis licentia discesserint, ac propterea sine Deo, nullò certè Diuino monitu instructis: qua nam ratione huiusmodi rebus credendum erit? Sed quid de visionibus dicendum? & de tot visis, & auditis; quæ per vias occurrerunt? falsa omnia, & fictitia arbitrandæ sunt. Ideoque tanquam apochrypha cuncta damnantur, & reijciuntur.

Verum, enim uero quod magni refert, & quod omnia supradicta infirmat, & destruit, est: quod Gelastus locis toties citatis nullas Sanctorum Patrum vitas recipit, approbatq; nisi quas Sanctus Hieronymus scripsit his verbis.

Item vitas Patrum, Pauli, Antonii, Hilarionis, & omnium Eremitarum, quas tamen vir Beatissimus scripsit Hieronymus, cum omni honore suscipimus. Igitur quum itinerariū

hoc, & vita quæ in quinto leguntur libro ab ipsismet Theophilo, Sergio, & Elchino sint conscriptæ, & prima sint sua: nullam auctoritatem habent, & tanquam non authentice prorsus condemnantur, & reiciuntur.

Sed quid dices? quod in eodem libro arborem ligni vitæ describunt; duos nimirum pedes habere, ac hominis similitudinem, usque ad umbilicum exprimere: pedus vero Leonis manus denique Christallinas. Quis eam vidit? vel cui reuelatum est: Nonne, & singula venie existunt? Quæ illorum vitas apochryphas faciunt?

Victorini Pictaviensis opuscula. In littera O. scripsimus opuscula pictaviensis Victoris, & è conuerso, Nunc scribimus, Victorini pictaviensis opuscula. In diuersis codicibus sic scriptum reperimus. Iam diximus mendosos esse codices. Sed lege ibi: nam idem prorsus est auctor.

Z

Zachariae præcursoris Parentis liber sub nomine assumptionis. Liber iste nedum apochryphus estimatur; quia falso Zachariæ attributus; verum etiam, quod multas falsitates mendacia, imposturas, atque blasphemias etiam aduersus Deum continet. Quare ex Athanasio in Sinopsi veluti execrandus condemnatur, & reicitur.

F I N I S.

EMINENTISSIMO

D. CARDINALI BONCOMPAGNO

Archiepiscopo Neapolitano.



Aec igitur sunt Eminentiss. Cardinalis, quæ de rebus apochryphis paruo hoc libello conclusimus: sed re vera, quæ virtute, amplissima redolent. Vides scelestorum hominum (hoc est, hæreticorum) dolos, fraudes technas, uarietates, imposturas, calumnias, Hypochrysim: & consimilia penè innumera; quibus sacras literas tingunt: Sanctos Patres infamant: Ecclesiasticis Scriptoribus detrahunt: Ecclesiam Catholicam conspurcare nituntur. veritatem tandem obnubilare, & obscurare non desinunt. Sed non mirum, quia sunt fures, & latrones. Non intrant per ostium, aliunde ascendunt. Christus est Ostium. Non intrant in ouile ouium, in Ecclesiam Catholicam per Christum; sed aliunde, cum Diabolo; qui venit, vt mactet, & perdat: occidat, & damnet. Porro autē Christus venit, vt vitam habeant, & abundantius habeant. Non intrant quidem in ouile Ouium per ostium, nempe per Diuinas scripturas (vt inquit Chrysostomus) ostium scripturas vocauit: per ostiū scripturas intelligit. Quippe quæ, hæ sunt, quæ Dei cognitionem aperiunt: Hæ quidem oues custodiunt, & lupos expellunt hæreticos. Hæ in recta via oues dirigunt: dissipantes vulpes Samsonis. Hæ quidem capiunt vulpes, quæ demoliuntur vineas: sed vinea nostra, quæ est vniuersalis Ecclesia, semper floruit. Vnde Canticorum cap. 2. scribitur; Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas. Nam vinea nostra floruit. Qui igitur Diuinis Scripturis non utitur, sed aliunde ascendit: aliam sibi, & non legitimam viam facit: hic fur est, & latro. Hic lupo, &

O

vul-

vulpis, &c. Sanctissimus præceptor hæreticos fures, & adulteros appellat; fures, quia verum intellectum Diuinarum Scripturarum occultant, dum illum deprauant: adulteros verò, quia ad alienum sensum, & finem eas trahunt. Hæc scribit Psalmo xlix. & plerisque alijs locis; dicens. Furtum spirituale est, deprauando Sacram Scripturam: occultare verum intellectum eius. Adulterium verò spirituale, trahere eam ad alienum sensum, vel finem. Quid Diuinius dici potest? Et ratio quidem horum est; quia furtum principaliter committitur, aliena occultè accipiendo: Adulterium verò, cum vxor ad alterum virum, qui non suus est, trahitur.

Caueat Christianus Hæreticos: qui extendunt funes in laqueos hæresum: dum in hac vita sumus; vt decipiant, & capiant, iuxta illud Psalms 139. Et funes extenderunt in laqueum: iuxta iter scandalum posuerunt mihi. Caueat eos, qui scandala ponunt in Ecclesia Christi: vt simplices fallant in eorum ruina. Fugiat Catholicus pestem Hæreticā. Nullus certè morbus in festior peste, & periculosior, & damnosior, quia vniuersitatem inficit, & destruit; ac ideo nullum oportunius remedium, quàm fuga. Sed longe plus Hæretica prauitas, pestilentior omni peste corporali; quia hæc corpora inficit: illa animas cum maxima Diuinæ Maiestatis offensa. Peccatum certè execrandum, peccatum extra numerum septem mortalium, & hecieturum eius ob suam immanitatem. Reducitur tamen à Sanctissimo præceptore ad superbiam, quæ est, impugnatio veritatis agnitæ: quinta species peccati in Spiritum Sanctum. Liberet nos Deus. Vale.

Eminen. Vestræ

Seruus addictissimus

Fr. Paulus Minerua Barenfis Ord.
Prædic. Minimus Magister.

Libellus De Libro Apochrypho ab A. R. P. Magistro F. Paulo Minerua Barensē editus cum doctrinam eruditionem, cū maxima pietate coniunctā redoleat, ut Reuerendiss. P. F. Nicola Rodulfi totius Ordinis nostri Prædicatorū Magistri Generalis mandatis obtemperem. hac in eius robur scripsimus ut prælo mandari possit. Neapoli in Conuentu S. Dominici die 6. Maij 1639.

Fra Dominicus Grauina Magister.

Ex Commissione Reuerendiss. P. F. Nicolai Rodulfi, Magistri Generalis Ordinis Prædicatorum vidi de Libro Apochrypho libellum Reuer. A. P. Magistro Fr. Paulo Minerua, Barensē Auctore: & non solum per omnia conforme reperi Sacris Scripturis Patrum Doctrinis, & sincera Theologie; sed studiosis omnibus valde necessarium; est enim Libellus ante hac numque editus. Optandum igitur est, ut typis mandetur. In quorum fidem, his propria manu subscripsi. Datum in Regio Conuentu S. Dominici de Neapoli die 8. Maij 1639.

F. Dominicus Marinus S. Theologiæ Magister.

Visi approbationibus R. R. P. P. S. Theologiæ Magistrorum ordinis nostri, quibus commissimus reuisionem operis, cuius titulus est, libellus de libro Apochrypho, Auctore R. P. Magistro Fr. Paulo Minerua Barensē: facultatem ipsi damus tenore presentium; ut illum typis mandare possit. Datum in Conuentu nostro S. Dominici in Suriano, Die xx. Iunij 1639.

Fr. Nicolaus Magister Ord.

Registrata foglio 62. à tergo.

Fr. Dominicus Marinus Magister, & Socius ?

Hic libellus de lib. Apochryph. editus ab A. R. P. Magistro Fr. Paulo Minerua Barense, vt eruditionem ita, & pietatem continet nihil contra fidem, vel bonos mores continet typis committi subinde potest.

Adm. Illustris, & Reuerendiss. Domine

Imprimi potest præfens liber.

Alexander Ruffus Can. dep.

Fr. Dominicus Grauina Ord. Præd. Cur. Archiep. Theol.

IMPRIMATUR

Alexander Lucianus Vic. Genl

Illustriss. & Excellentiss. Domine.

Vidi diligentissime, & perlegi libellum de Libro Apochrypho A. R. P. Fr. Magistri Pauli Mineruæ Barenfis viri doctissimi, & nihil in eo inueni, quod sit, vel contra bonos mores, vel contra Principes ideo ad publicam utilitatem imprimi potest. Dat. in Conuentu S. Dominici de Neap. die 15. men. Octobr. 1639.

Fr. Franciscus Venatus, Magister.

Visa superscripta Relatione IMPRIMATUR

Vrsinus Reg. Brancia Reg.

Prouisum per Suam Excell. Neap. die 21. Octob. 1639.

De Giorno.

Authores, qui in libello citantur, & eidem
adiumento fuerunt.

A ^A
Bulensis.
Aditiones ad Decretum
Gratiani.
B. Alberius Magnus.
D. Ambrosius.
Ambrosius Calepinus.
Antoninus Pius.
D. Athanasius.
D. Augustinus.

B
C *Cardinalis Baronius.*
S. Basilius.
Bartholomæus Caranza.
Beda venerabilis.
S. Bernardus.
S. Brandanus.
Biblia Sacra utrumque testa-
mentum includens.

C
D. Cassiodorus.
Cicero Asculanus.
S. Clemens Papa.
Clemens Alexandrinus.
Concilium Carthaginense.
Concilium Laodicenum.
Concilium Florentinum.
Concilium magnum Lateranen-
se.
Concilium Auriscanum.
Concilium Bracharense.
S. Ciprianus.
S. Cyrillus.

D
D *Ominicus Grauna.*
Dorotheus Tyri Episcopus.
Dionysius Carthusianus.
Dydimus.

E
E *Piphanus Salamina Epi-*
scopus.
Eugorius.
Eusebius.

F
F *Ranciscus Forrerius.*
Philastrius.
Philo Iudæus.

G
G *Elasius Papa primus.*
Gratiani glossa.
Gregorius Theologus.
S. Gregorius Nazianzenus.
S. Gregorius Neocesariensis Mar-
tyr.
S. Gregorius Magnus.
Gulielmus Parisiensis.

H
H *Eliodorus Episcopus.*
S. Hieronymus.
Hugo Cardinalis.
Hugutio.

I
I *Iacobus Noguera.*
Iacobus Merlinus Victurni-
ensis.
Iacobus de Voragine.
Innocentius primus.
Ioannes Iannensis.
Ioannes Fan.
S. Ioannes Chrysostomus.
Ioannes Ludouicus viues.
Ioannes Damascenus.
Ioannes Tortellius.
Ioannes Picus Mirandulanus.
Comes.
Ioannes à Turre cremata.
S. Ignatius Episcopus, & Martyr.

Iosephus Hebreus .
S. Isidorus .
Iulianus .
Irenæus .
Ioannes Tritemius Abbas .
S. Iustinus Martyr .
S. Iudas Apostolus .

L

L Actantius Firmianus .
Leo Papa quartus .
Leo Papa Nonus .
S. Linus Papa .

M

M Atiheus Vindocinensis .
Rabbi Moses Kimchi .
Metaphrastes .
Methodius .
Michael Carnotensis .

N

N Icolaus de Lyra .
Nicephorus Calistus .
Nieetus Abbas .

O

O Limpiodorus .
Olympius .
Origenes Adamantius .
Orosius .

P

P Aulus Papa Quartus .
Paulus Burgenfis .
Pamphilus Cesariensis Martyr .
Petrus Lombardus .
Papias Vocabulista .

Petrus Galatinus .
Petrus Comestor .
Plinius .
Pontius Scriptor vite S. Cypriani .
Procopius Gazæus .

R

R Henanus .
Ruffinus .

S

R Abbi Salomon .
Seraphinus è povera .
Serapion Episcopus Antiochie .
Seneca .
Seuerus Sulpitius .
Sixtus Senensis .
Sophronius .
Synodus Nicena .
Synodus Generalis in Trullo .

T

T Heophilatus .
Theodorus Collectaneorum .
Lector &c .
Theodorus Trebellius .
Thesaurus lingue latine .
Tertullianus .
D. Thomas Aquinas .

V

V Incentius Lirinensis .
Victor Episcopus Capuanus .

Z

Z Ephetrinus Papa .

Hæreticorum sectæ, & qui in libello citantur Hæretici .

Archontici .	Quartadecimani .	pulus .
Caiani .	Sethiani .	Iulius Cassianus .
Ebionitæ .	Valentini .	Leucinus Seu .
Encratici .	Cherintus .	Leuticius, aut
Guostici .	Pictinius .	Leucius .
Manichei .	Eunomius .	Lucianus .
Nicolaite .	Hyrctius Seu .	Marcion .
Pelagiani .	Hyrctius .	Seleucus .
Priscillianitæ .	Isidorus Basilidis disci-	Tatianus, Syrus .


Sum-

Summa Capitum, & Catalogorum libelli.

Quid sit liber Apochryphus.	Cap. I.	pag. 1.
Quid rei Apochryphi.	C. 2.	1.
Librorum apochryphorum discrimen.	C. 3.	6.
Num apochrypha habeant, vel habere possint authoritatem aliquam.	C. 4.	7.
Vtrum libri apochryphi legi possint.	C. 5.	11.
De alijs libris apochryphis.	C. 6.	13.
De libris Agiographis.	C. 7.	15.
Librorum Canonicorum dignitas, & eminentia.	C. 8.	16.
Sacrorum voluminum vtriusq; testamēti auctores, Scriptores, ordo, series, distinctio, numerus.	C. 9.	19.
Veteris testamenti auctores, & scriptores.	C. 10.	21.
Sacrorum voluminum noui testamenti auctores, & Scriptores; insuper, & eminentia super alia, & Dignitas.	C. 11.	28.
De præstantia vtriusq; testamenti, quod illorum videtur esse præstantius.	C. 12.	34.
Index librorum Canonicorum vtriusq; testamenti &c.		
Librorum Canonicorum veteris testamenti Catalogus.		37.
Librorum Canonicorum noui testamenti. Index, & Catalogus.		38.
Catalogus auctorum, & librorum apochryphorum per abecedarium expressus.		39.
Auctorum, & librorum apochryphorum origo, causa, explicationes &c.		45.

Errores sic corrigito .

Pagina	Versus	Errores	Correctio
3	17	Græci	Græce
5	11	Hugiationem	Hugitionem
6	25	labemus	Habemus
8	16	Ioannes	Iannes
9	26	Apochryphum	Apochryforum
15	18	fixum	Sistum
16	18	dictum	distam
29	34	peius	eius, derupte p.
32	21	Conuersus	Conuersas
39	5	prophetis	Prophetia
43	24	Pauaris	Panarij
48	4	impietatibus	impietatibusq;
	22	Gecintho	Cerinto
49	17	quodam	quidem
54	19	synopti	synopsi
57	7	vnumq;	vtrumq;
	12	à pleriq;	à plerisq;
58	10	non propria	impropia
	33	impetratis	impietatis
	16	deest	ob
59	2	apochrypham	apochryphum
	5	aliquod adducant	aliqua adducunt
	8	coronati	conati
	9	peruertum	peruersum
	12	humilia	homilia
	20	esset	essent
	27	Tynopsi	synopsi
	29	antiquitarum	antiquitatum
80	9	furasse	fortasse
64	17	iuste	iuste
65	9	melabres	Mambres
	12	innixus	innixus
66	30	farta	facta
67	31	infancio	infancia
68	2	aileucio	à leucio
	14	edictioni	editioni
	23	vet	vel
70	17	sulestos	scelestos
73	25	qua	quam
76	5	resmonsiua	responsiua
77	25	ascensio	ascensio
78	12	foli	solis
	33	eximit	eximunt
79	10	reperimus	repetimus
82	10	mensio	mentio
86	2	ab	ob
98	6	condemnatum	condemnatus
	31	cauis	Canis



EX
1
COM